~~116~~
~~B~~
~~15~~
XXXVIII
E
111

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVIII
E
111
NAPOLI

MYSTERIUM
ARTIS
STEGANO-
GRAPHICÆ
NOVISSIMUM,

IN

Gratiam Collegii Curioſorum,

Modum

Omnes Epiſtolas, aliaque
Scripta incognita, Characteri-
bus furtivis exarata in omnibus Lin-
guis, præſertim Latinâ, Germanicâ, Gal-
licâ, Italicâ expeditè ſolvendi,
pandens,

editum in lucem
ex Muſæo

M. LUDOVICI HENRICI
HELLERI, Diaconi Eßlin-
genſis.

ULMÆ,
Sumtibus Georgii Wilhelmi Kühnen/Bibliop.
Typis Hæred. Chriſtiani Balth. Kühnen/1682.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DN. CAROLO MAXIMILIANO,

Duci Würtembergiæ & Tecciæ, Comiti Montisbelgardi, Dynaſtæ Heidenhemii,

PRINCIPI ac DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS, *Domine Clementiſſime. Non dubito (ut abundè eſt Zoilorum, qui aliena carpunt,) fore pleroſque, qui Myſterium Artis meæ Steganographicæ ſummâ Tuâ perſonâ indignum*

 judi-

judicent. Sed hi erunt ferè, qui expertes omnium litterarum ἀῤῥωςίαν *mentis ad inſtar ſoricum prodent, artem tàm neceſſariam clariſſimis Viris omni ævo excultam contemptui habentes. Quis enim neſcit,* Cæſarem *primùm, dein ex ſorore nepotem* Octavium Auguſtum, *quibus nihil majus, nihil excellentius vidit Gentium Caput ROMA, Steganographicæ Arti fuiſſe deditos. Quorum ille* Suetonio *teſte* per Notas ſcripſit, *id eſt*, ſic ſtructo litterarum ordine, ut nullum verbum effici poſſet, quæ ſi quis inveſtigare & perſequi vellet, quartam Elementorum litteram, id eſt d. pro a. & perinde reliquas commutet. *cap: LVI. in ejus vitâ: Hic verò c. 88.* Quoties per Notas ſcripſit b. pro a. c. pro b. ac deinceps eâdem ratione ſequentes litteras poſuit, pro z. autem duplex aa. *Sed quid ex priſco ævo exemplo repetimus, cùm propiora præſtò ſint. In iis* Pharamandum *ſive* Warenmundum (*id enim Nominis*

nis etymon eſt,) Clodionemque *comatum Filium* Francorum *Reges potentisſimos hôc artificio uſos memoriæ proditum eſt. Quippe ſingulis Ducibus peculiaria Alphabeta communicârunt, ut ſi quæ occulta perferenda eſſent, Duces iique ſoli legere poſſent.* Polydorus Virgilius, *qui ante ducentos annos vixit libro 2. de Inventoribus Rerum ſcribit cap. 8.* Hodiè ita frequens eſt modus iſte ſcribendi, ut nullus videlicet ſit neque Princeps, neque Civis, quin ſuas habeat Notas, vulgò Zipheras nuncupatas. *Neque* Polydori *ætate Steganographia floruit tantùm, ſed maximè hôc noſtro ſeculo. Quantum enim Studii SERENISSIMUS GUSTAVUS SELENUS, quod litteratos;*

micat inter omnes
JULIUM ſidus, velut inter ignes
LUNA minores.

Myſteriis Steganographicis impenderit, dum

 Trithe-

Trithemii *Abbatis* Sponheimenſis *Steganographiam incomparabili libro expúcuit, orbi litterato conſtat. Omitto alios Principes, Comites, qui gloriæ ſibi ducunt omni genere litterarum exultisſimum GUSTAVUM verè ob Studia AUGUSTUM æmulari. Eant itaque, qui à Principis Perſona alienum judicant Steganographiæ ſtudium, quibus poſt Politicam Studium nullum utilius eſſe poteſt, certè nullum jucundius. Unde & ego SERENITATI TUÆ, quæ & ipſa litteras colit, & impensè coluit, hoc exiguum Opuſculum dedicare, Tuoque Nomini SERENISSIMO, devotiſſimâ mente manuque conſecrare ſuſtinui, ea ſpe fretus, fore ut SERENITAS TUA fœtum ingenii mei non minore gratia & favore, quàm* SERENISSIMUS *Marchio Badenſis,* FERDINANDUS *MAXIMILIANUS, &c. &c.* Scholam Schotti Steganographicam *ſecundi, à Magiſtro* Kirchero, *Magiſtri ſuſcepit, ſuſcipere dignetur. Macte interim*

terim (*ita precari non deſinam*,) *interrupta felicitate* SERENISSIME PRINCEPS, & *ut* SERENISSIMI DOMINI FRATRIS, FRIDERICI CAROLI, *Feliciſſimi Ducatus VVürtembergici Adminiſtratoris*, *cui* DEUS *benedicat*, *dotes æmularis*, *ità Fortunam* TUIS *virtutibus dignam capeſſe. Vovebam Eslingæ, die* 3. *Jan.* 1682.

SERENITATIS TUÆ

humillimus

M. LUDOV. HENR. HILLER.

PRÆFATIO.

Salutem *Benevolo Lectori* & Officia!

TAndem, quod ante ſexennium *Benevolo Lectori* promiſi, in excuſo *Tubingæ* Opuſculo *Steganographico* ANNO nimirùm M DC LXXV, re ipsâ præſto. Diuturna certè mora fuit, ſed cujus culpa penes me nequaquam hæſit. Deerat hactenus Typographus, quem jam ſecunda fortuna mihi obtulit; Negotia partim ſcholaſtica, partim alia impediebant, quò minus & *Tuo Benevole Lector* & meo deſiderio, pollicitationiq; ſatisfacere potuerim. Sed, ut vides, tandem Steganographiam meam in lucem edo, tuo commodo, tuæ delectationi, tuo bono. Cæterùm ut ſcias, quæ ſit noſtra, (de aliorum enim Steganographiâ tacere præſtat,) definimus ita: *Ars Steganographica eſt ejusmodi Ars, cujus beneficio omnes epiſtolæ & ſcripturæ, quibuscunque characteribus incognitis, Notis Arithmeticis, Chymicis, Aſtronomicis exaratæ ſolvi poſſunt.* Ubi notes velim *primò*, diſtingui

diſtingui noſtram Steganographiam à *Trithemii*, Abbatis *Sponheimenſis*, *Caſparis Schotti*, aliorumque Steganographiis, quippe, qui magis occupati ſunt in concinnandis Alphabetis variis,modisque occultè ſcribendi,quàm ſolvendi, ut in *Trithemio* videre eſt. Notes *ſecundò*, diſtingui noſtram Steganographiam ab eorum, qui per claves, h. e. ſententias ſcribunt: vel qui ſumunt unum tantùm vel duo, vel tria vocabula, e.gr. *caſtum foderat Lucretia pectus*, quod *Porta* eſt exemplum, p. 129. Libro *de occultis litterarum notis*, exque iis ſententiis occultas formant ſcripturas. Notes *tertiò*, noſtram Steganographiam non includere omnium omninò ſcripturarum ſolutionem, etiam illarum, quando ex tribus, quatuor, imò quinque Alphabetis Scriptura conficitur, ſed determinatè earum, quæ ex uno Alphabeto eodemque ſunt contextæ, itaquidem, ut ſi §. characterem *A.* ſemel repræſentavit, ſi recurrat τὸ *A.* §. character ſit reaſſumendus. Si character ♃. ſemel aſſumtus eſt pro *b.* ubi *b.* recurrit, reaſſumatur τὸ ♃. Notes *quartò*, nos per characteres intelligere characteres quoscunque, Ciphras, Medicas, Chymicas notas, qualescunque fingi poſſunt ab ingenio humano, litteras pro litteris ſubſtitutas. Imò

Iudæi Steganographiam profitentur, ſed tantùm eam, quæ verſatur circa occultam ſcriptionem. Tredecim habent *Cabalæ* ſpecies: vid. *Hoornbeek.* de *Convinc. Iudæis*, pag. 90. *Notaricon*, *Ziruf*, *Gematria*, *Zura*, *Raſe tebot*, & *Sophe tebot*, *Temura*, *Chaſer & Mela*, *Setumot & Petuchot*, *Kare la quetib*, *quetib la Kare*, *Ketannot & Gedolot*, *Chiluf*, *Nekudot*, *Taamim*. Ex tredecim his ſpeciebus ad *Steganographiam* pertinet *Temura*, permutatio, quæ fit per litterarum transmutationem ſcilicet juxta Alphabeti ordinem, primæ cum ultimâ, ſecundæ cum penultimâ א. & ת. tùm ב. cum ש. invicem tranſmutatis. vid. Reuchlini Cabalam pag. 756. Quod *Ieremiam* cap. *XXV.* v. *26.* ne *Regem* irritaret, feciſſe volunt Judæi, pro Rege *Babel* artificioſâ illâ transpoſitione dicendo: ששך. duo ש. pro duplici ב. & ך. pro ל. Hoc genus ſcribendi vocant *Æthbaſch*, nihilque aliud eſt, quàm oppoſitio litterarum Alphabeti hoc modo:

א ב ג ד ח ו ז ח ט י ך:
ת ש ר ק צ פ ע ס נ מ ל

Ex hoc Alphabeto ſi vellent ſcribere Jehovah, ſcriberent hunc in modum, מצפץ ita ut ſemper oppoſita ſumatur. Ita ſcriptum fuiſſe illud *Danielis* cap. 5. v. 25. *Mene, mene, tekel, upharſin.* Judæorum nonnulli contendunt.

Quam

Quam litem non facimus noſtram, qui tantùm ptobare volumus Steganographiæ principia, adeò ipſos etiam *Iudæos* habuiſſe, in ſuâ *Cabalâ*. Certè qui *Steganographiæ* gnarus eſt, iſtiusmodi ſcripta transmutata legere poteſt. A *Iudæis* ad noſtros tranſimus, qui *Steganographiam* excoluerunt. In iis primus eſt *Abbas Trithemius*, qui *Steganographiam* ſcripſit, ſed quæ tantùm occupata eſt in variis modis ſcribendi, non autem viam indicat methodumque ſcripturas incognitas ſolvendi. Modi occultè & tectè ſcribendi ſunt infiniti. Ex his unum fortaſſe nondùm inventum dabo. Conveniant duo viri inter ſe, eandemque editionem vel *Calepini*, vel *Daſypodii*, vel alterius Lexici eligant. Si quis occultè ſcribere velit, e.gr. *Cras ad te veniam*, Tunc inquirit in Lexico vocabulum *Cras*, adverbium immediatè ſequens loco τȣ̃ *Cràs* ponit; ita loco *ad* ponit ſequens vel adjectivum, vel adverbium, vel aliam præpoſitionem. Sic pro *te* itidem, pro *veniam* ponit ſequens verbum: Hic modus eſt inſolubilis. *Trithemium* egregiè illuſtravit GUSTAVUS SELENUS, incomparabili labore; ſed illum librum ſemel tantùm videre mihi contigit, & videre tantùm. Nam perlegere non contigit. Excipit *Trithemium Porta Neapolitanus*

Medi-

Medicus. Is quinque libros ſcripſit de occultis litterarum Notis, *Argentorati* excuſos ANNO M DC VI. impenſis *Lazari Zezneri*, ſed ſatis vitiosè. In prioribus tribus libris tractat varios modos occultè ſcribendi, qui nihil ad noſtram rem faciunt, in tertio verò ad ſolutionem ſe accingit; unde tertium tantum librum refutavimus. *Portæ* proximus eſt *Daniel Schvventerus*, qui *Steganologiam* & *Steganographiam*, *Norибergæ* edidit, in Verlegung Simon Halbmäyers / ſed nomen texit in his verbis: Durch *Reſene Gibronte Runeclus Hanedi*, quod per anagramma prodit: *Daniel Schwenter, Noribergenſe*. Hoc libro multas methodos occultè ſcribendi aperit, ſed modum ſolvendi ſexto demùm libro per exempla gemina *Latinum* & *Germanicum* oſtendit. *Germanicum* exemplum in *Germanicâ*, *Latinum* in *Latina* linguâ refutavimus. *Schwenterum* Noribergenſem ſecutus eſt *Clar. Harsdörfferus*, eadem cum antesignano principia defendens, ut myſterium Steganographicum ejusdem cum Latinâ Scripturâ *Schwenteri* collatum ad oculum oſtendit. Agmen claudit *Caſpar Schottus*, Jeſuita, de cujus *Steganographia* judicium noſtrum aperiemus Benevolo Lectori. Hi ferè fuêre & ſunt præcipui Steganographiæ Culto-

Cultores, quos quidem ego vidi, ſed ut dictum, noſtræ Steganographiæ ferè planè ignari. Quippe quæ, ut in tractatione videbit Benev. Lect. ſeqq. abſolvitur capitibus:

CAPUT I. Diſcretionem Epiſtolarum complectitur.

CAPUT II. Proprietates ſingularum litterarum Lingua Latina ducentis Regulis Exemplis applicatas, continet.

CAPUT III. Refutat Ioh. Baptiſta Porta lib. III. ejusque Exemplum proponit.

CAPUT IV. Danielis Schwenteri methodum Scripturas Latinas ſolvendi refellit.

CAPUT V. Clariſſimi Dn. Harsdörfferi Myſterium Steganographicum explicat.

CAPUT VI. Caſpari Schotti Ieſuitæ Scholam Steganographicam examinat.

CAPUT VII. Germanica Lingua Regulas tractat.

CAPUT VIII. Exemplum Germanicum proponit.

CAPUT IX. Schwenterum in Germanica Lingua refellit.

CAPUT X. Gallicas Lingua Regulas cum Exemplis exhibet.

CAPUT

Caput XI. *Regulas Linguæ Italicæ cum exemplo continet.*

Caput XII. *Reciproca vocabula ſiſtit.*

Quæ capita quantum differant à *Steganographorum* aliorum præceptis, cuivis apparet. Cæterum in Regulis *Latinæ* Linguæ, nec non aliarum Linguarum, id obſervandum, quod exceptiones e. gr. in *B.* τὸ *bijugus*, & ſic de cæteris ſentiendum in aliis, nempe *D. C.* & aliis litteris, declinari & conjugari accuratè debeant, quodque τὸ *bijugus* ſtet pro totâ declinatione, omnibusque caſibus, quod annotatum eſt in ultimi exempli latini reſolutione. At, quid utilitatis habet hæc ars, inquies? Certè multùm. Non enim tantùm Medici, Chymici, qui libros habent iſtiusmodi characteribus exaratos, quàm plurimos, ſed & belli Duces egregium habent uſum. Unde fuerunt ſemper æſtimatores hujus artis. Mihi certè à *SERENISSIMIS* Principibus, Illuſtribus Baronibus, Nobilibus, cæteriſque litteratis exempla propoſita fuerunt, quæ ſolvi, ex quibus jucunditatem illi percepere, artemque æſtimavere. Nam Oſores rerum ſubtiliorum ignaros Anticyras remittimus. Quam habeat utilitatem ars hæc evidentiſſimo oſtendam exemplo. Edidit

Ioh.

Ioh. Henricus Voigt, *Mathematicus Stadenſis*, Opuſculum, cui Titulus: *Nova Arithmetica Iuridica.* In hoc Tractatu, ut multa habet curioſa, ita hoc præprimis, quòd exemplo quadrageſimo quinto occultis vel potius permutatis litteris ſecretum pandit falſam libram à verâ & genuinâ diſcernendi. Scriptura eſt hæc:

Antwort: Eine rechte und unſtraffbare Wage/ mit zwey Schalen/ muß beyde deß

1. cbmdlfot. —. hmfkdi. mboh. ıbcfo. ebt. axkıdifo. cfzefo. foefo. eb. ekf.
2. vekcngp.kcpigp,fcv.(o.) tgekw.lp ogflq. vga; Uq. vwaqgw. flg♎.
3. kohmfi, zhqq. kohmflh. wflzhvghq. gdvdyi. ohmkhq. yqg. zhqq.gmh.....
4. inrix.—.er.inriw. xinyir, qny. hewer. merlir-hiw. xgmaiwhi. aiw.
5. viks. ⚌, ptrtks. kgks. yt. aokq, fqy. fall. ikx. fiikxs. ykdzks.
6. Btk kgz.pza lptl.nlylioal♎.
7. Dhv. himz. honn. lmv. Akphſmv.cvoſinqkpm. Akpdmzlmv ſqmomv,cvl.
8. rnmxlq. pturlq. blqeua. crpnw. bxttnw. ſxwwnw. brn. maalq. yax.
9. zybdsyxsb. vſmro. drohvexq. noc. ♎ —sobq: vſmrox. fobnox: Noxx.
10. gtp. dtns.aczazcetzytcpy. otp. △, lwdz. lſnß. otp. mpiopy.—: Lwdz.

11. wmz. hax. qvz. wxqvzqd. △. qvz. ßdäeeqde. mgr, apqd. gnqdhvsqz: Uq.

12. fpvirere. rwa. △. hqrc. Jnver. wfg, trtra. rwarz. yrwpvgrea, wr.

13. Yifnßf. aig. gßxb. rßg. gqwkßfßfb. △. —. vßvßb. rßh — rſig. yzßx.

14. ctgc. △. (i.e.) ßph. hrxltgr. bkh. pb. zkgotgc, kcs ßph. atyrxitgr. pb. apc.

15. xvhd — yqdxvd, ie. ikvyvk. tzv♎hvßyk: tvdd, mqi. vzd. △. pl.

16. cwatzl. akl, vtk. wikwlqwl. vaw. mßiayw. cweyvw. vwk. —; Nwee.

17. Wxefſva. ßf. xbfxk. ßdlg. yſtkbvbkmxf♎wbx. ..... xbfxl. —. ebm. wxk.

18. xtltg. btgaygxyg. △. pylxyg. ⚌, ogx. toz. xyl. tgxylg mycnyg. towb. te.

19. ni, ni. eiggzh. bfzdxcz. kmiypxov, iw. nxeih. phbfzdxcz. △ yvmvh.

20. dwicai. Qiz. zwo. eop. acia. bwgoyda ♎.

21. Sbkk. xk. btkbo. plhzebk. cxhpzebk♎, afb. ſxeob. dbhbdbq. ßtoa,

22. yßd. bgc. O. bcq. icleepl —, qm. tgpb. Hyßddcp. zcrpmecl, ßlb.

23. iqhdfs mhbgs. rn. rbgvdq. vzgqd, zkr. chd. △. zmydhfdm.

Eine ſolche falſche Wage haben wir hier vor uns / (Arithmeticus dicit,) wie viel aber der Betrug an derſelben außtrage / oder in welcher Proportion die — an der ♎ ſtehen / wil

will ich hier bloß durch Rechnen vorſtellen/ und (euch Herren/) hernach mit dem Circkel daſſelbe meſſen laſſen / weiß auch / es wird ſich alſo befinden.

312 (c.)		
288 (a.)		
24 — 312. (13. a.b.)	Proportio ſesqui decima tertia.	
24 — 288. (12. b.c.)		

Sage nun/zu Offenbarung deß Betrugs/ und zu Steuer der Warheit / daß

24. efß — (b.c.) ibmvf. ows. Axfmg ..... efßfq, efß. —. (a.b.) Eßfzafio.ibv.Ebß.
25. xod, vq. qhw. lp. fgr. O. (c.) Bygnh. Pf. △: nlgigp, vq. qhw meliw. Mgxhhgr. lp. [a.]
26. qyv. 11 $\frac{1}{3}$. ℔. zdlvhq.

Das heiſt auf Teutſch:

Man muß nicht Läuſe in den Peltz ſetzen/ ſie kommen doch wol drein.

Tribus Alphabetis utemur ad ſolvendum ſcriptum Voigtii.

Prior ſcripti pars novo Alphabeto exarata.

Eine rechte und unſtraffbare Wage zu machen mit zwey Schalen / muß beyde deß

1. cbmdlfot. —. hmfkdif mboh. ibcfo, cbt. axkrd:fo.cfzefo.foefo, eb.ckf.

2. tdibmfo, ibohfo, ebt. (o.) sfdiu. ko. efs. nkuuf. tfz, tp tufifu. ekf. ♎.
3. hmfkdt. xfoo. hmfhdif. tdixfsefo. ebsbwgg. mkfhfo. woe. xfoo. ekf. (.....)
4. fkoft. — bo. fkofs. tfkufo, nku. ebsbo. ibohfoefs. tdixfsef xfs.
5. efo. =. lpnnfo. fcfo. tp. wkfm. bmt. bwgg. efs. boefsu. tfkufo.
6. woe. ebt. ktu. fkof. cfxfisuf. ♎:

Secunda pars alio Alphabeto, nempe ſecundæ lineæ.

7. ycp. cdgt. cxhh. fgt. uekcngp. xpinglekg. uekygtfgp. ulgigp, xpf.
8. lgfqek inglek. uekygt. nlgp. uqnngp, mqppgp. ulg. fxtek. rtq-
9. rqrwlqplnlekg. wkglnxpi. fgu. ♎ —. xgtinlekgp. ygtfgp. fgpp.
10. ylg. ulek rtqrq wlqpltgp. flg. △. cnuq. cxek. flg. dgagp. —: cnuq.
11. mcp. yqn. glp. mnglpgt. △. glp. itqnugtu. cxh. qfgt. xdgtygigp: lg.
12. uekygtgt. glp △. qfgt. yckt g. luw, igigp. glpgo. nglekwgtp, lg.
13. mxtbgt. oxu. uglp. fgu. uekygtgtp. △—. igigp. tgp. —. fgu. mngl-
14. pgtp. △. (i.e.) fcu. uekygtg oxu. co. mxtbgtp, xpf. fcu. nglekwgtg. co. ncp.
15. lgtp. —. kcpigp, uq. uwgkgw. flg. ♎ tgekw. fgpp, ycu glp. △. bx.
16. nglekw. luw, fcu. gtugwbgw. flg. xddig. ngpifg. fgu. —, ygpp.

17. fgopeek.

17. fgopcek.cp.glpgt.cnuq.hcdtleltwgp ♎ flg . . . . .
glpgu.—. olw. fgt.
18. fctcp. kcpigpfgp. △.ygtfgp. ⚌ , xpf. cxh. fgt,
cpfgtp.uglwgp.cxek.cn-
19. uq , uq. mqoogp. inglekg. rtqfxewc, qd. uekqp.
xpinglekg. △ fctcp.
20. kcpigp.   xpf. flu. luw. glpg. hcnuekg.
♎.

Tertia pars tertiæ lineæ Alphabeto.

21. zhqq.dq.hmqhu.wroflhq.idowflhq. ♎, gmh.
zdluh. khohkhx. zmug,
22. dyi gmh.O.ghw.ohqkhuq.—,wr.zmug. ghu.
Ndyiihu. ehxarkhq, yqg.
23. numhkx. qmflx. wr. wflzhu. zdluh,dow. gmh.
△. dqchmkhq.

Sage nun / zu Offenbarung deß Betrugs/und zu Steuer der Warheit/daß

24. ghu —. (b.c) ldoxh.qyu czhoi . . . . , ghuhq.
ghu. —. (a.b.) guhbchlhq ldx.gdu.
25. Ype,wr.rix. mq. ghu. O (c.) czhoi. Siyqg. △.
omhkhq , wr.rix.numhk,Ndyiihu,mq. [a.]
26. qyu. 11, 1/3. ℔. zdluhq.

Quis hanc expediet niſi Steganographiæ gnarus? Certè tam intricata eſt hæc ſcriptura, ut non tàm facilè ſolvi queat. Hæc à JurisConſulto Conſummatiſſimo, quem Curia WÜRTEMBERGICA MAGNIFICUM CANCELLARIUM veneratur, & ſuſpicit mihi olim propoſita fuit, cui

cui ſolvi, Lectorique ſolutam, non ut *Voigtius*, ſingulis lineis novum aſſignando Alphabetum, ſed tribus exaratam dedi ſuprà. Prior pars ſcripta eſt Alphabeto primæ lineæ. Altera pars Alphabeto ſecundæ lineæ. Tertia pars Alphabeto tertiæ lineæ. Tandem ſcias velim, *B. Lector*, me hæc & alia plura adjutum ingenioſâ induſtriâ, ſocio labore conſilioque VIRI *Nobiliſſimi & Clariſſimi* DN. CHRISTIANI SCHORERI, Mathematum Cultoris expediviſſe. Conjunctis Operis, manibus, ſtudiis animisque elaboravimus, quicquid tuæ utilitati, jucunditatique ſervire poteſt. Regulas *Latinæ Linguæ* communi labore adornavimus; *Italicam*, *Gallicam* Linguas, mihi vendico. Exemplum *Latinum* ultimum DN. SCHORERUS confecit, ubi videbis Syllogiſticam Methodum in Steganographicis accuratiſſimè applicatam. Tu certè, *B. Lector*, multum debes Nobiliſſimo VIRO, quem nolo debitâ fraudare laude, integerrimum Amicum jam inde à quinto decimo anno, ex quo prima hujus Artis Elementa jecimus, expertus. Tu, *Benevole Lector*, fave huic induſtrio Viro, & quia ſumus conjunctiſſimi, etiam mihi. Dabam Eslingæ d 3. Jan. A. 1682.

AUTHOR.

CAPUT

Caput I.

Diſcretionem epiſtolarum complectitur.

Qui epiſtolam occultis exaratam characteribus accipit, eam expedire nequit, niſi ſciat, cujus illa ſit idiomatis. Proin explicabimus hoc capite, quâ ratione Scripta vel Epiſtolæ furtivis ſcriptæ literis vel characteribus, quinq;, ſex, vel plures à ſe invicem diſcerni queant, determinateq; ſciri quæ ſit ex iis Latina, quæ Gallica, quæ Germanica, quæ Italica. Sunt igitur ſequentia axiomata ac principia notatu digna.

I. Latina Lingua diſcernitur à Germanicâ, aliiſq; linguis, Italicâ ſcilicet.

. Multitudine numeroq; characterum. Si plures viginti duobus characteres epiſtola habuerit non eſt Latina, ſed poteſt eſſe Germanica cæteris paribus.

Imò, ſi viginti & unus tantùm fuerint, & de ſingulis characteribus demonſtrare poſſum, non eſſe poſſe unam ex litteris alphabeti per ſufficientem enumerationem, tùm evidentiſſimè poſſum latuere, ſcriptum non eſſe Latinum.

I. Si plures geminatæ finales in ſcripto reperiuntur, dico illud non eſſe Latinum.

II. Si plures ſolitariè poſiti characteres conſpiciuntur,

untur, dico illud ſcriptum non eſſe Latinum, ſed vel Gallicum, vel Italicum.

IV. Si plures congeminati characteres & quidem iidem planè, ut in Italico vocabulo rozzezza, videntur, ajo illud ſcriptum non eſſe Latinum.

V. Si plures quàm ſedecim ſunt finales characteres, ſtatuo illam ſcripturam non eſſe Latinam.

VI. Si vocabula multa viginti, octodecim litterarum in ſcripto deprehenduntur, illud non erit Latinum.

Ex his axiomatibus jam theſis formari poteſt, quænam ſcriptura inter tres, quatuor, quinq; ſit Latina, &c.

VII. Si in ſcripturâ multæ reperiuntur geminatæ, illa non erit Latina. Probabilis eſt hæc regula.

Germanicæ Άρσις & Θέσις.

1. Si ſolitariè multi poſiti characteres in ſcripto, inveniuntur, imò ſi tantùm duæ, non eſt Germanica, quia Germani tantùm habent 𝔇.
2. Si multæ finales geminatæ occurrunt, illa eſt Germanica.
3. Si initiales geminatæ in ſcripto obviant, non eſt Germanica.

Gallicæ Άρσις & Θέσις.

1. Quæ ſcriptura finales geminatos multos habet, non eſt Gallica.
2. Quæ multos congeminatos habet, non eſt Gallica.
3. Quæ multos habet ſolitariè poſitos eſt Gallica.
4. Quæ multos habet finales, probabiliter, eſt Gallica.

Italicæ

Italicæ Αρσις & Θέσις.

1. Quæ habet multos geminatos finales, non eſt Italica.
2. Quæ habet plures viginti non eſt Italica.
3. Quæ habet multos congeminatos eſſe poteſt Italica.
4. Quæ habet ſolitariè poſitos, poteſt eſſe Italica.

Paucis: Illa epiſtola, quæ plures 16. habet finales, non eſt Latina. Quæ plures viginti diſtinctos characteres, non eſt Italica. Quæ multos finales geminatos, Germanica. Quæ multos ſolitariè poſitos characteres, vel Latina, vel Gallica, vel Italica erit. Quæ multos congeminatos, Italica. Has regulas, ſi quis obſervaverit, etſi ſint exiguæ numero, facilè epiſtolas à ſeinvicem diſtinguet, & experimento deprehendet, qui periculum fecerit. Cœterùm ſi epiſtolæ tàm artificiosè fuerint concinnatæ, ut hæ regulæ applicari nequeant, ſupponendum eſt de ſcripto, quod in ſe Gallicum eſt, tale autem eſſe neſcitur, illudque examinandum ad regulas Linguæ Latinæ, prorſus quaſi ut Latinum, tùm ex conſequenti abſurdo pateſcet, Scripturam non eſſe Latinam. Exemplum dedimus infrà.

Convenientiam autem litterarum quod attinet, facilè eſt cuivis regulas Linguarum Gallicæ, Latinæ, &c. percurrenti, & conferenti differentiam & convenientiam invenire, ut haudquaquam opus ſit, id apponere, quod cuivis attendere, & obſervare, modò oculos intendat, pronum eſt, &c.

Caput II.

Proprietates ſingularum Literarum in Latina Lingua ducentis Regulis comprehenſas continens.

A.

1. Non geminatur in Latinis verbis. Exc. *Aa, Aaron, baaras, Iſaacus, Phraates.* 2. Non occurrit quinquies in dictione; Exc. *anagrammata, cataplaſmata, tacamahaca, taratantara.*

B.

1. Non eſt initialis in Latinis verbis, ſi ſecunda & tertia dictionis litera eædem ſunt: Exc. *baaras, beem, es, et, emus, etis, ent, bijugus, a, um, bijugis, e, boo, bootes.* 2. Non eſt initialis in voculis duarum literarum. 3. Non eſt initialis ac geminata. 4. Si geminatur eſt tertia dictionis litera. 5. Non ſequitur geminatam literam. 6. Non eſt ſecunda & tertia dictionis litera niſi initialis ſit a: Ex. *ubbo. ubba. obba. obbibo. obbruteſco.* 7. Non eſt finalis in Latinis verbis: Exc. *ab, ob, rob, ſub.*

C.

1. Si initialis eſt ac geminata, tertia quartaque dictionis litera eſt c. 2. Non eſt in voculis duarum literarum: Exc. *ac.* 3. Non occurrit ter in dictione, niſi geminetur aut initialis ſit: Excipe *architectonicus, a, um, circumciſus, a, um, incircumſcriptus,*

ſcriptus, a, um, inconcoctus, a, um, nycticoracis & *phalacrocaracis, i, em, e; es, um, ibus.* 4. Si inter duo c. unica litera occurrit, neutrum eſt vel ſecunda vel penultima litera: Excipe *acacia. Acacius, acicula, caca, e, i, o. concaco, a, dacica, e. i. o. dicaci, e. efficaci, e. inefficaci, e. perſpicaci, e. pervicaci, e præcoci, e. procaci, e. quercica, e, i. o. Suecica, e. i. o. thoracica, e. i. o.* Turcica, e. i. o. 5. Nullam ſequitur geminatam literam præter i: Exc. *Iſaacus, aſſcribo* cum Participiis. 6. Non occurrit quater: Exc. *cachecticus, a, um, cacochymicus, a, um, circumcinctus, a, um, circumcirca, circumculco. circumſcarifico, concoctricis, i. em. e.* 7. Non eſt ſecunda & tertia dictionis litera niſi initialis ſit a, aut o: Exc. *ecce, eccam, eccas, eccos, eccum, eccere, eccubi, eccista, eccillum, eccleſia, Eccleſiaſtes, eccleſiaſticus, a, um.* 8. Non eſt finalis in verbis plurium quàm ſeptem literarum. Exc. *aſſuefac, frigefac, interdic, introduc, quatefac, ſatisfac, ſuperduc, transduc, circumduc, contradic, pinguefac, præterduc, ſuperindic, ſuperinduc.* 9. Non eſt finalis in verbis geminatam habentibus. Exc. *addic, adduc, illac, illic, illoc, illuc, illinc, aſſuefac.* 10. Bis occurrens non eſt finalis: Exc. *condic, conduc, calefac, circumduc, contradic.* 11. Non eſt ſecunda & quinta dictionis litera. Exc. *aceſco, ecdicus.* 12. Non eſt penultima niſi finalis ſit a. e. i. aut o: Exc. *acu, arcu, ficu, lacu, ſpecu, quercu, porticu.* 13. Non eſt finalis, ſi ſecunda & quinta litera ab initio aut fine dictionis eædem ſunt: Exc. *circumduc, illuc.* 14. Non eſt finalis niſi antepenultima ſit d. f. h. aut l. Exc. *nec, ſic, hac, hanc, hinc, hunc, nunc, tunc, donec, abhinc, illanc, illinc, illunc, iſthac, iſthanc, iſthinc, iſthunc.*

D.

1. SI geminatur, eſt ſecunda & tertia dictionis litera: Exc. *quiddam, quoddam, quidditas, Liddelius, Sadducæus, Sadducaiſmus, Thaddæus, reddo, coaddo* & *ſuperaddo* cum Participiis 2. Non eſt ſecunda & tertia dictionis litera, niſi initialis ſit a. 3. Si ter occurrit vel geminatur aut initialis eſt: Exc. *adgrediendus, a, um, adjudicandus, a, um, adſcendendus, a, um, rhododendrus.* 4. Ter occurrens non eſt quarta à fine littera. Exc. *addidi, addidêre,* o. *dedidi, dedidère,* o. *diſperdidi, diſperdidêre,* o. *reddidi, reddiderunt,* o. *ſuperaddidi, ſuperaddidêrunt,* o. *dodecaedrum. rhododendrus, um, is, os.* 5. Non ſequitur geminatam literam: Exc. *iidem.* 6. Non eſt ſecunda & penultima litera niſi antepenultima ſit n. Exc. *addidi, adedo,* i. e. *adgredi, Adonidi,* e. *adplaudo,* e. *Edoardi, o. e. Eduardi, o. e. admordi, admorde, adindidi, adcredo, adrado.* 7. Non eſt ſecunda & quinta à fine litera niſi antepenultima ſit n. Exc. *addidi, reddidi, ſuperaddidi, Medardi, o. e. Androdi, o. e.* 8. Non eſt tertia & ſexta à fine litera niſi quarta à fine ſit n. Exc. *addidit, admodum, Androdus, um, Medardus, um, quemadmodum, reddidit, ſuperaddidit.* 9. Si bis in dictione occurrit non eſt quarta à fine litera, niſi initialis ſit, aut geminetur, aut unica iis interſit litera: Exc. *adſcendant, ens, ent, ere, ero, unt, independens, quadrupedans, individuæ, am, as, is, os, um, us, redordiar, ior, ire, iri, redundabo, ans, ant, are, âro, ate, ato, avi, ent.* 10. Non eſt finalis in Latinis verbis: Exc. *ad, id, ſed, apud, haud, quid, quod, aliud, illud,*

iſtud,

iſtud, quoad, ecquid, aliquid, aliquod, nunquid, quicquid.

E.

1. NOn eſt initialis ac geminata: Exc. *Eleemoſyna, erroneè, Euboee, Eetion, Eetioneus,a,um, Eumaee, Europae, extemporaneè.* 2. Non geminatur inter ſimiles literas: Exc. *creer,eris,ere, procreer,eris,ere, recreer,eris,ere, praeam,as,at,amus, atis,ant, lineent,entur, delineent,entur, nauſees, meem* & *meemus* cum Compoſitis. 3. Non geminatur in medio dictionis: Exc. *anteeant, unt, praeeant, unt, Baſileenſium, Cenchreenſibus, Plataenſium, præeram, as,at,is,it, praeſſe, beem,es,et, meem,es,et, demeemus,etis, immeemus, etis, remeemus, etis, lineemur, emus, etis, creent, creere, recreemini, entur.* 4. Si geminata & finalis eſt, quarta quintaque dictionis ab initio litera eſt e: Exc. *Aeeta, ceete, Baſileenſe, Cenchreenſe, creere, deerrante, deerrare, deerraſſe, deerravêre, deerraviſſe, deeſſe, eetione, eleemoſyna, Plataenſe, procreere, recreere, concreere.*

F.

1. NOn eſt in voculis duarum literarum. 2 Non eſt ſecunda dictionis litera niſi geminetur; Exc. *Afer,a,um, Aforus, Afrania, Afranius, Africa, Africanus, a, um, Afrious, Ofella, Pfaffius, Sfortia, Ufentinus, Ufens, Afrodiſius.* 3. Non occurrit bis niſi geminetur aut initialis ſit: Exc. *trifurcifer, infrugifer,a,um.* 4. Non præcedit geminatam literam niſi antepenultima ſit. 5. Non ſequitur geminatam literam. 6. Inter duo f. non eſt unica litera: Exc. Præteritum Perfectum & Pluſquam-

perfectum verbi *fallo* in omnibus modis, item *Pfafſius.* 7. Non occurrit ter: Exc. *Hafenreffer, Pfafſius, ſuffervefacio, ſuffervefio.* 8. Non occurrit in reciprocis verbis: Exc. refer. 9. Non eſt penultima litera: Exc. *Acliulfi,o,e. Arefa.bufo, Maraffa, offa, ruffa,e.1.o Rufi,o e. Stufa. ſubruffa,e.1.o.* 10. Non eſt finalis in Latinis verbis.

G.

1. NOn eſt initialis ſi ſecunda & tertia dictionis litera eædem ſunt. 2. Non eſt initialis in voculis duarum & trium literarum: Excipe, *Gad, Goa, Gog, git.* 3. Si geminatur eſt tertia dictionis litera: Exc. *adaggero, circumaggero, exaggero*, cum Participiis. 4. Si ſecunda & tertia dictionis litera eſt g. initialis eſt a. Exc. *oggannio, oggero, oggraſſor, uggerenſis, e* Si verò tertia & quarta eſt g tunc prima litera eſt s ſecunda u. Exc. *Fugger, Haggaus, Geggingenſis, e, Gegginga.* 5. Non ſequitur geminatam literam: Exc. *oogala.* 6. Inter duo g. non eſt unica tantùm litera niſi initialis aut ſexta ſit dictionis litera: Exc. *agagropila, Agag, agoga, Archiſynagogus, demagogus, Gemagog. Lagographia, Magog, Melanagogus,a,um, nugiger,a,um, nugigerulus,a,um, Ogyges, Ogygida, ogygius,a,um, panchymagogus,a,um, paragoge, phlegmagogus,a,um, Synagoga.* 7 Non eſt ſecunda & quinta litera neque ab initio neque à fine dictionis: Exc. *Agragantinus,a,um, Agragas, agrigentinus,a,um, Agrigentum, egregius, a,um.* item *Gangi.e. Gegginga, Goaga, gregi,e. negligo i.e. aggrego,a congrego,a. diſgrego,a. ſegrego,a.* 8. Non geminatur inter ſimiles literas. Exc. *Haggaus.* 9 Non occurrit ter in dictione: Exc. *aggregabilis,e,*

aggre-

aggregatio,aggregativus,a,um,aggrego,cum Participiis,*Geggingа,Geggingenſis,e.Gemagog.phlegmagogus, a,um.* 10. Non eſt initialis ac penultima: Exc. *Gygi,e. Gangi.e. goaga.gregi,e. galega,galanga, Gegginga,Geppinga Groninga.* 11. Non eſt ſecunda & penultima litera: Exc. *aggrego,a,agoga. Ogygi,e.* 12. Non eſt finalis in Latinis verbis neque in nominibus propriis: Exc. *Abiſag,Agag,Doeg,Gemagog, Gog,Magog,Nepheg,Og,Phaleg,Sarug,Siceleg.*

H.

1. NOn geminatur. 2. Non præcedit geminatam literam niſi ſit tertia aut quarta à fine litera: Exc. *Theoſa,Thoetes.* 3. Non occurrit ter in dictione: Exc. *Ichthyophagus,Ichthyotrophium,Ophthalmographia,Phthirophagus.* 4. Inter duo h.non eſt unica litera, niſi alterutrum ſit quarta aut quinta dictionis litera & intermedia ſit t: Exc. *Eriſichthon, Lagophthalmus,Melanchthon.* 5.Non eſt ſecunda & quinta litera neque ab initio neque à fine dictionis: Exc *Rhiphaus,a,um,rhipheus,rhythmus,rhythmicus,a,um* 6. Non eſt ſecunda dictionis litera niſi initialis ſit c. p. r. aut t: Exc. *ah, ahenum, aheneus,a,um,ehem.eheu,eho,ehodum,oh,ohe,oho.* 7.Si bis in dictioue occurrit initialis eſt, aut inter utramque H. ſcil. præcedit c. p. aut t: Exc *rhiphæus, a,um,rhipheus, rhythmicus,a,um,Rhadamanthus, rhythmus.* 8. Non occurrit in Reciprocis verbis: Exc *oho.* 9. Non eſt initialis ac penultima: Exc. *Hæreſiárcha,Hagiographa,Heniochi,o,e. Heſychi Hieroſiarchi,o.e. Hipparchi,o.e, Hippolapathi,o, Hiſtoriographi,o.e. Hyacinthi,o.e. Hydrographi,o.e.* 10. Non initialis eſt & antepenultima: Exc.*Hæreſi-*

perfectum verbi *fallo* in omnibus modis, item *Pfaffius*. 7. Non occurritter: Exc. *Hafenreffer*, *Pfaffius*, *ſuffervefacio*, *ſuffervefio*. 8. Non occurrit in reciprocis verbis: Exc. refer. 9. Non eſt penultima litera: Exc. *Acliulfi,o,e. Arefa. bufo, Maraffa, offa, ruffa,e.1.o Rufi,o e. Stufa. ſubruffa,e.1.o.* 10. Non eſt finalis in Latinis verbis.

G.

1. NOn eſt initialis ſi ſecunda & tertia dictionis litera eædem ſunt. 2. Non eſt initialis in voculis duarum & trium literarum: Excipe, *Gad, Goa, Gog, git*. 3. Si geminatur eſt tertia dictionis litera; Exc. *adaggero, circumaggero, exaggero*, cum Participiis. 4. Si ſecunda & tertia dictionis litera eſt g. initialis eſt a. Exc. *ogganmo, oggero, oggraſſor, uggerenſis, e* 5 Si verò tertia & quarta eſt g tunc prima litera eſt s ſecunda u. Exc. *Fugger, Haggaus, Geggingenſis, e, Gegginga*. 5. Non ſequitur geminatam literam: Exc. *oogala*. 6. Inter duo g. non eſt unica tantùm litera niſi initialis aut ſexta ſit dictionis litera: Exc. *agagropila, Agag, agoga, Archiſynagogus, demagogus, Gemagog. Lagographia, Magog, Melanagogus,a,um, nugiger,a,um, nugigerulus,a,um, Ogyges, Ogygida, ogygius,a,um, panchymagogus,a,um, paragoge, phlegmagogus,a,um, Synagoga*. 7 Non eſt ſecunda & quinta litera neque ab initio neque à fine dictionis: Exc. *Agragantinus,a,um, Agragas, agrigentinus,a,um, Agrigentum, egregius, a,um.* item *Gangi.e. Gegginga, Goaga, gregi,e. negligo i.e. aggrego,a congrego,a. diſgrego,a. ſegrego,a.* 8. Non geminatur inter ſimiles literas. Exc. *Haggaus*. 9 Non occurrit ter in dictione; Exc. *aggregabilis,e,*

aggre-

*aggregatio,aggregativus,a,um,aggrego,*cum Participiis,*Gegginga,Geggingenſis,e.Gemagog.phlegmagogus, a,um.* 10. Non eſt initialis ac penultima: Exc. *Gygi,e. Gangi.e. goaga, gregi,e. galega,galanga, Gegginga,Geppinga.Groninga.* 11. Non eſt ſecunda & penultima litera: Exc. *aggrego, a, agoga. Ogygi,e.* 12. Non eſt finalis in Latinis verbis neque in nominibus propriis: Exc. *Abiſag, Agag,Doeg,Gemagog, Gog,Magog,Nepheg,Og,Phaleg,Sarug,Siceleg.*

H.

1. Non geminatur. 2. Non præcedit geminatam literam niſi ſit tertia aut quarta à fine litera: Exc. *Thooſa,Thoetes.* 3. Non occurrit ter in dictione: Exc. *Ichthyophagus,Ichthyotrophium,Ophthalmographia,Phthirophagus.* 4. Inter duo h.non eſt unica litera, niſi alterutrum ſit quarta aut quinta dictionis litera & intermedia ſit t: Exc. *Eriſichthon, Lagophthalmus,Melanchthon.* 5. Non eſt ſecunda & quinta litera neque ab initio neque à fine dictionis: Exc *Rhiphæus,a,um,rhipheus,rhythmus, rhythmicus, a, um* 6. Non eſt ſecunda dictionis litera niſi initialis ſit c. p. r. aut t: Exc. *ah, ahenum, aheneus,a,um,ehem.eheu,eho,ehodum,oh,ohe,oho.* 7. Si bis in dictione occurrit initialis eſt, aut inter utramque H. ſcil. præcedit c. p. aut t: Exc *rhiphæus, a, um, rhipheus, rhythmicus, a, um, Rhadamanthus, rhythmus.* 8. Non occurrit in Reciprocis verbis: Exc *oho.* 9. Non eſt initialis ac penultima: Exc. *Hæreſiárcha, Hagiographa, Heniochi, o, e. Heſychi Hieroſiarchi,o.e. Hipparchi,o.e. Hippolapathi,o, Hiſtoriographi,o.e. Hyacinthi, o.e. Hydrographi, o.e.* 10. Non initialis eſt & antepenultima: Exc. *Hæreſi-*

archa,am,as,is. Hagiographis, Heniochus, um. Heſychis, io. Hierarchia, Hierichus, Hieroſiarchus, um, is. os. Hipparchus, um, Hippolapathum, Hiſtoriographus,um,is,cs. Hyacinthus,um. Homotechna,e i.o. Hydrographia,Hydrographus,um.is,os. 11. Non eſt penultima niſi antepenultima ſit a. c. e. p. r, aut t. finalis a.e.i.aut o. Exc. *mihi,ohe,oho,panthu.phu,phy, tethy.* 12. Non eſt finalis in Latinis verbis: Exc. *ah,oh,vah.gith,proh,ceterach*; neque in nominibus propriis niſi penultima litera ſit c. p. aut t.

I.

1. GEminatum i. ſequitur c.s.t.aut u. Exc. *iidem.* Si c. proxima litera ſecundùm c. eadem eſt cum geminata, vel cum tertia poſt c. litera: Excipe ſecundam perſonam ſingularis Præſentis Imperativi Activi in compoſitis verbis *jacio.* Si S,s.geminatur aut finalis eſt, aut tertia litera poſt geminatam eſt i: Exc. *iisdem.* Si T. finalis eſt t. Si U, erit una harum dictionum: *Bijugis,e. bijugus,a,um, multijugis,e. multijugus,a,um, quadrijugis,e. quadrijugus,a,um, ſemijugerum, unijugus,a,um, dijudicatio, dijudico* cum Participiis. 2. Non geminatur inter ſimiles literas niſi circa dictionis finem: Exc. *deſiiſti,tranſiiſti,pertranſiiſti,iſtis,iſſem,iſſes,iſſet,iſſemus, iſſetis,iſſent,iſſe.* 3. Non eſt finalis ſi tertia & quarta à fine literæ eædem ſunt,niſi penultima ſit c. i. aut u: Excipe, *Achillei, Erinnyi, Pyrrhi, Scirrhi, Uvei.* 4. Nulla litera geminatur in fine dictionis præter e & i, nepue e. niſi antepenultima ſit a: Exc. *Aa, boo,coo,Dee.eoo, aizoo, argoo, coloo, Latoo, minoo, Nemee,Piroo,arctoo,Euboee,eumoee,idoneè,inchoo,myrtoo,*

too, Phœbee, Acheloo, Alcinoo, Antinoo, erroneè. Minadoo, Panthoo, Pirithoo, Timothee, momentaneè. Charonee, Mœlibœe, ſpontaneè, conſentaneè, ſupervacaneè.

L.

1. NOn eſt initialis, ſi ſecunda & tertia litera eædem ſunt: Exc *liis, luunt.* 2. Non occurrit in voculis duarum literarum. 3. Si prima & ſecunda litera eædem ſunt, tertia eſt l: Exc. *Aaron, Eetion, Eetioneus, a, um, iidem, iis, iisdem, iit. Oogala, Oonæ, oopellum, ooſcyphium, Ootos, uva, uveſco, uveus, a, um, uvidus, a, um, univer, a, um.* 4. Inter duo l. non eſt unica litera, niſi alterutrum ſit tertia aut quarta dictionis litera: Exc. *Cephalalgia, Ciſtellula, parallelus, a, um, puellulus, puellula, ſcintillula, ſtellula, expullulo, propullulo, repullulo, repullulaſco* cum Participiis. 5. Non eſt prima & quarta, neque ſecunda & quinta dictionis litera: Ex. *Lullius, Lullianus, a, um. Lollius, Lælius, Lælia, item Alleluja, Clœlia, Olbelus, olbelius, a, um. Ollula, Eleale, Eliel.* 6. Si initialis eſt ac geminata, quinta ſextaque dictionis litera eſt l: Exc. *Lollius, Lullius, Lullianus, a, um, Leonellus.* 7. Non eſt ſecunda & tertia dictionis litera niſi initialis ſit a, aut i: Exc. *elleborus, ellipſis, ellobium, ellopia, ellopium, ellops, ellotia, ellus, ellychnium, olla, ollaris, e. ollula, ollus, a, um, ullibi, ullus, a, um.* 8. Bis occurrens non eſt finalis in Latinis verbis: Exc. *lupercal.* 9. Non occurrit ter in Latinis verbis niſi geminetur. 10. Non eſt finalis, ſi ſecunda & quinta litera ab initio aut fine dictionis eædem ſunt: Exc. *Nathanael, Raphael, Beſeleel, Eliel, quadrantal.* 11. Non eſt finale in Latinis verbis geminatam habentibus: Exc. *Annibal, Hannibal,*

Emma-

Emmanuel,nonnihil. 12. Non eſt finalis in verbis plurium quàm octo literarum: Exc. *Proconſul, quadrantal.*

M.

1. NOn eſt initialis in Latinis verbis ſi ſecunda & tertia litera eædem ſunt: Excipe, *meem,mees, meet, meemus,meetis,meent.* 2. Non eſt ſecunda ac penultima litera, niſi quarta quintaque à fine littera eædem ſint: Exc. *Amſterodami, o, amomi, amomo, immo, embamma, emblema, empyema, empyreuma, Amama, imprimo, i.e. implumi, e. omniformi, e. ſmegma.* 3. Non eſt ſecunda & tertia dictionis litera niſi initialis ſit i: Exc. *Ammon, Ammoniacus, a,um, Ammonius, Ammonia, Ammonitus, Ammonitrum, Emmanuel, Emmius, Emme, Emmaus.* 4. Si initialis eſt ac geminata ſecunda litera eſt a, tertia & quarta m: Exc. *Memminga, Memmingenſis, e. Memmius, Mummius, multinummus, a, um.* 5. Non eſt ſecunda & quinta litera neque ab initio neque à fine dictionis: Exc *ambimus, amnem, embamma, immemor, immemorabilis,e. immemoratus, a,um. omnem. omnimodus,a,um ſmegma, item marma, Maſma, circumgemo, e. numiſma, thymiama.* 6. Non occurrit ter niſi geminetur, antepenultima aut finalis ſit: Exc. *Mahumetiſmi,o,e. Matremfamilias, Matrumfamilias.* 7. Si geminatam ſequitur antepenultima aut finalis eſt: Exc. *ablaqueemini, creemini, Cleempus,um, delineemini, duumvir, duumviralis, e, duumviratus, eleemoſyna, illaqueemini, lileemini, praemineo, praeminentia, concreemini, procreemini, recreemini.* 8. Non eſt in voculis duarum literarum: Exc. *me, mi.* 9. Non eſt initialis media

media & finalis : Exc. *mamam, mimam, mimum. Momum, Memmium, Mummium, Mahometem, Mahomètum, Maximinum, maximorum, aram; minimorum, aram, melıminum, muniminum, matrimonium, mercimonium, Methymnaum, am. Mongomerium, machinamentorum.* 10. Si inter duo m. unica litera occurrit, neutrum eſt ſecunda neque penultima litera : Exc. *amam, Amama, amamini, amaminor, amamur, amamus, amem, amemini, amemur, amemus, amomum, cardamomi, o, cinnamomi, o, emam, emamini, emamur, emamus, ememini, ememur, ememus, emimus, emimini, emiminor, enthymema, imam, imum, mama, meme, mima, e. i. o. Mome, i, o, pantomime, i, o.* 11. Non eſt antepenultima & penultima litera : Exc. *anagramma, comma, conſummo, a, dilemma, embamma, epigramma, gamma, gemma, gummi. flamma, immò, inflammo, a, lemma, mamma, Memmi, Mummi, multinumma, e, i, o, numme, i, o, programma, ſtemma, ſtymma, ſumma, e, i, o.* 12. Si quater occurrit in dictione, geminatur & finalis ſimul eſt ; Exc. *Mahumetiſmum.*

N.

1. NOn eſt initialis in Latinis verbis ſi ſecunda & tertia litera eædem ſunt : Exc. *noologia, nuunt.* 2. Non eſt initialis ac geminata : Exc. *Nannacus, nonnihil, nonnullus, a, um, nonnunquam, Nonnus, Nonna, nonne, novennis, e. Nunnius.* 3. Non ſequitur geminatam niſi ſit ſecunda aut quarta à fine litera : Exc. *aizoon, abavunculus, avunculus, Baſileenſi, e, ium, ibus, Cenchreenſi, e, ium, ibus, Demophoon, onti, onta, onte, Hippocoon, onti, onta, onte, Laocoon, onti, onta, onte, nemeen, neſaen, Oona, arum, is, as. Plataenſi,*

taenſi,e,ium,ibus,Thermodoon,onti,onta,onte, Thoon, onti,onta,onte. 4. Si geminatam literam ſequitur n. litera poſt n. eſt i. Exc. *abavunculus, avunculus, Baſileenſis,e,Cenchreenſis,e,Plataenſis,e.* 5. Non eſt prima & quarta litera neque ab initio neque à fine dictionis: Exc. *Nænia, Nannacus, Narnia, Narnienſis,e,Neander,neant, Neanthus, nonnihil, nonnullus,a,um, nonnunquam, Nonnus, Nunnius, item Æneam,anien,annon, Antinoen,Arſinoen, Athenion,Autonoen,Danaen,Erinnyn,Leuconoen,Lyſinoen,Melangen, Oenonen, Oenoen, Phemonoen, Tanain, Sindon.* 6. Non eſt initialis & finalis in Latinis verbis: Exc. *non, Neon, Napen, Naron,Naxon, Neden,Nedon,nomen,numen, Nemeen,Nerion,Nerinen,Naſamon,Neſaen, Niniven, Neapolin, Neobulon, Nephelen, Niſan, nutrimen,Nicopolin,Necropolin,Nyctimenen.* 7. Non eſt media & finalis: Exc. *Amnon, annon, Arganthon,Arnon, Berenicen, canon, chryſanthemon, Conon, Diagnoſin,Elephantiaſin,Erinnyn,Gratianopolin,Memnon,Paracentheſin,Phœnicen,prænomen,prognoſin, Simon,Zenon.* 8. Non eſt ultima litera in utraque dictionis medietate: Exc. *Adrianopolin, Ænean, cognomen,Tanain,Cornicen,Danaen,Oenoen,pronomen, Sindon,Strongylen,veruntamen.* 9. Si ter in dictione occurrit non eſt finalis: Exc. *Conſtantinopolin, Niniven, annon,Antinoen,Erinnyn, Nyctimenen, Oenonen.* 10. Non eſt ſecunda & tertia dictionis litera niſi initialis ſit a aut i: Exc. *Enna, Ennaus,a,um, Enneas, Ennius, Enniániſta.* 11. Non eſt finalis in Latinis verbis, ſi tertia & quarta à fine litera eædem ſunt: Exc. *Menaſſen, Achillen, Alcippen, Ammon, annon, Cydippen, Erynnyn, Hellen, Joppen, Pollen, Ulyſſen.*

O.

O.

1. NOn eſt initialis ſi ſecunda & tertia dictionis litera eædem ſunt, niſi illæ ſint c.f.aut p. Exc. *obba, obbibo, obbruteſco, oggannio, oggraſſor, olla, ollaris, e, ollula, ollus, a, um, oſſa, is, i, e, ium, ibus, oſſeus, a, um, oſſiculatim, oſſiculum, oſſifragus, a, um, oſſilegus, a, um, oſſuaria, ovum.* 2. Non eſt initialis, ſi ſecunda & quarta aut ſecunda & quinta litera eædem ſunt, niſi illæ ſint b. aut r. Exc. Præteritum Perfectum & Pluſquamperfectum verbi *ovo* in omnibus modis, item *ovabunt, ovamus, ovatus, ovatui, ovatum, ovatu, ovaturus, a, um, ovemus, ononis, opopanax, ovicula.* 3. Non eſt initialis media & finalis: Exc. *obolo, orobo, Oropo, oblongo, obnoxio, obſonio, obtorto, obvolvo, Oenomao, Oenotro, Orchomeno, Orthodoxo, orthogono.* 4. Si geminatur eſt ſecunda aut penultima litera: Exc. *arctoorum, argoorum, minoorum, Demophoontis, i, a, em, e, Laocoontis, i, a, em, e. Hippocoontis, i, a, em, e, thermodoontis, i, a, em, e, thermodoontem, a, um, thooſa, thootes, thoontis, i, a, em, e. diſcooperio, proœmior, proœmium.* 5. Non occurrit quinquies in dictione. 6. Non geminatur inter ſimiles literas. 7. Si ſecunda & tertia dictionis litera eſt o, initialis eſt c. Exc. *boo, bootes, eoo, eoorum, eoos, Noologia, Zoologia, Zoonychon, Zoophthalmus, Zoophyta, Zootomia.* 8. Bis occurrens non eſt penultima litera niſi finalis ſit n.o.r. aut s. Exc. *Allobrox, Coſroi, e, cymothoe, Leucothoe, Oenoe, Phemonoe, Pholoe, quotquot, volvox.* 9. In voculis duarum literarum non eſt initialis. Exc. *ob, os.*

P.

1. NOn eſt initialis ſi ſecunda & tertia dictionis litera eædem ſunt: Exc. *pii, piis, piiſſimus, a, um,*

a,um,&c. 2. Non eſt ſecunda & penultima: Exc. *Apocope, Appa, Epiſcopi,o,e, Epitrope, Epops, i.e. Speuſippi o,e. Upupa, Apoſtrophe, i,o.* 3. Non occurrit ter niſi geminetur: Exc. *perpauper, a, um. Pompeiopolis, praproperus,a,um, Proſopographia, Proſopopœia, Pſeudopropheta.* 4. Nullam præcedit geminatam præter i: Exc. *conſpuunt,untur, deſpuunt,untur, exſpuunt,untur, inſpuunt,untur, reſpuunt,untur, ſpuunt, untur, pracipuus, um.* 5. Nullam ſequitur geminatam præter o. 6. Non eſt initialis ac geminata: Exc. *Pappa, Pappas, Poppaa, pappeus,a,um, pappus, Philippus, Pappare, Philippi, Philippei, Pappous, Philippeus, peropportunus,a,um, Philippenſis,e, Philippicus,a,um, Philippides, Philippina,a, Philippopolis, Philippus, Pſeudophilippus, Puppis.* 7. Non eſt ſecunda & tertia dictionis litera niſi initialis ſit a, aut o. 8. Non eſt in voculis duarum litterarum. 9. Non eſt ſecunda & quinta dictionis litera: Exc. *Ephippium, Ephippiarius, ephippiatus,a,um.* 10. Non eſt ſecunda & quinta à fine litera niſi in verbis quinque literarum: Exc. *Eupompi,o,e.* 11. Non eſt tertia & ſexta à fine litera niſi in verbis ſex literarum: Exc. *Eupompus, um.* 12. Non præcedit geminatam niſi ſit tertia aut quarta à fine litera: Exc. *conſpuunt,untur, deſpuunt,untur, exſpuunt,untur, inſpuunt,untur, ſpuunt,untur, reſpuunt,untur, piiſſimus, a, um, impiiſſimus, a, um.* 13. Non eſt finalis Exc. *Volup.*

Q.

1. NOn eſt initialis ſi ſecunda & tertia litera eædem ſunt: Exc. *quum.* 2. Non geminatur. 3. Non occurrit ter in dictione: Exc. *quotusquiſq;.*

4. Non

4. Non ſequitur geminatam niſi ſit antepenultima. 5. Non eſt initialis ac media dictionis litera: Exc. *quotusquisque, quinquies, querquera, e, i, o.* 6. Inter duo q. ad minimum ſunt duæ literæ. 7. Literam q. ſemper ſequitur u, & adhuc vocalis. 8. Non occurrit inter ſimiles literas niſi ſit antepenultima. 9. Non eſt penultima litera. 10. Non eſt finalis: Exc. *Vlacq.*

R.

1. NOn eſt initialis ſi ſecunda & tertia litera eædem ſunt: Exc: *ruunt.* 2. Non eſt in voculis duarum literarum: Exc. *ir, re.* 3. Non eſt initialis & finalis in voculis trium & quatuor literarum, neque ſecunda & ultima: Exc. *rear, reor, aror, arer, urer, urar.* 4. Non eſt ſecunda & tertia dictionis litera niſi initialis ſit a aut i: Exc. nomen & verbum *erro* cum Participiis, *errabundus, a, um, erraticus, a, um, erratus, a, um, erroneus, a, um, error, erratio.* 5. Non ſequitur geminatam literam vocalem niſi ſit quarta aut quinta dictionis litera: Exc. *Aaron, ablaqueer, eris, ere, arctoorum, argoorum, delineer, eris, ere, illaqueer, eris, ere, lineer, eris, ere, minoorum præeram, as, at, amus, atis, ant, praeero, is, it, imus, itis, unt, procreer, eris, ere, recreer, eris, ere.* 6. Si initialis eſt ac geminata, quinta & ſexta dictionis litera eſt r. 7. Non occurrit quinquies in dictione: Exc. *corroboraret, irroraret, refrigeraret, reverberaret, transverberaret,* &c. 8. Non eſt ſecunda & penultima niſi finalis ſit a, e, i, aut o. Exc. *præfert, præfers, profers, profert, transfers, transfert.* 9. Non eſt finalis in Latinis verbis niſi penultima ſit a, e, o, aut u: Exc. *decemvir, duumvir, hir, ir, levir,*

martyr, protomartyr, quindecimvir, ſemivir, ſeptemvir, tredecimvir, triumvir, vir. Si penultima erit u, antepenultima eſt m, aut t. Exc. *anxur, augur, cicur, cur, ebur, fulgur, fur furfur, jecur, ligur, robur, ſulphur, tibur, trifur.*

S.

1. NOn eſt initialis in Latinis verbis, ſi ſecunda & tertia litera eædem ſunt: Exc. *ſuus, ſuum, ſuunt.* 2. Non eſt ſecunda & tertia dictionis litera niſi initialis ſit a: Exc. *eſſe, eſſedarius, eſſedum, eſſem, es, et, emus, etis, ent, eſſentia, eſſentialis e, eſſentialiter, eſſæus, Eßlingenſis, e, Eßlinga, osſis, i, e, a, ium, ibus, osſeus, a, um, osſiculatim, osſiculum, osſifragus, a, um, osſilegus, a, um, osſillo, osſilegium, oſſamania, oſſum, osſini, oſſuaria,* item Præteritum Perfectum & Plusquamperfectum verbi *uro,* in omnibus modis. 3. Non ſequitur literam geminatam niſi ipſa ſit geminata aut finalis, aut tertia litera poſt geminatam ſit i: Exc. *deeſt, iisdem praeſt, ooſcyphium.* 4. Si inter duo s. unica litera occurrit, neutrum eſt ſecunda neque penultima litera: Exc. verba quatuor literarum; item *iſoſceles.* 5. Non eſt ſecunda & quinta dictionis litera niſi in verbis quinque literarum: Exc. *asſeſſor, asſiſto,* &c. 6. Non eſt ſecunda & quinta à fine litera niſi etiam antepenultima ſit: Exc. *aſſenſi, u, caſeoſa, e, i, o, conſenſi, u, conſuaſi, u, diſſenſi, u, diſſuaſi, u, inſulſa, e, i, o, muſcoſa, e, i, o. nauſeoſa, e, i, o, perſalſa, e, i, o, perſuaſa, e, i, o, u, piſcoſa, e, i, o, praſenſa, e, i, o, u, ſalſa, e, i, o, ſarſi, ſenſa, i, o, u, ſuavi, u, ſubſenſi, u, transfuſa, e, i, o, u, viſcoſa, e, i, o.* 7. Non eſt ſecunda & penultima niſi etiam ſit antepenultima: Exc. *asſcripſi, aſcenſu, aſperſa, e, i, o, u, as-*

ſenſi,

ſenſi,u,aſſumpſi,oſtenſa,e,i,o,u. 8. Si ter in dictione occurrit, geminata, aut initialis, aut finalis eſt, niſi verbum in ſiſti deſinat: Exc. *diſpecuiſti, diſpoſuiſti, diſquiſiviſti, tranſpoſuiſti.* 9. Non eſt in voculis duarum litterarum initiale: Exc. *ſe, ſi.*

T.

1. NOn eſt initialis, ſi ſecunda & tertia dictionis litera eædem ſunt: Exc. *tuus, tuum.* 2. Si ſecunda & tertia litera eſt t, initialis eſt a: Exc. *Ottavus, Ottilia, Otto, Ottomannicus,a,um. Itter.* 3. Non eſt initialis ac geminata: Exc. *transmitto* cum Participiis, *tratta; tyttygias.* 4. Bis occurrens non eſt finalis in voculis trium & quatuor literarum: Exc. *tot, atat, utut.* 5. Non eſt ſecunda & quarta, neque ſecunda & quinta dictionis litera, niſi initialis ſit s: Exc. *atat, utatur, utetur, utitur, utut, item utantur, utentis,i,em,e,es,ium,ibus, utentur, utpote.* 6. Non eſt ſecunda & penultima niſi initialis ſit a aut s: Exc. *Cteſiphonti,a,e, iteranti,e, iterata,e,i,o,u. Otto, utenti,e, utilitati,e, utpote.* 7. Non eſt initialis media, & finalis: Exc. *tentant,ent, tertiat,et, tractabat, bit, rat, ret, rit, vit, transfretaviſſent, transmutaverant, int, unt, transnataverant, int, unt, transportaviſſent.* 8. Quater in dictione occurrens geminatur: Exc. *intractabilitatis,i,em,e, pituitoſitatis,i, em,e, ſtipticitatis,i,em,e, taciturnitatis,i,em,e, tempeſtivitatis,i,em,e. terreſtreitatis,i,em,e. tetricitatis,i, em,e. tortuoſitatis,i,em,e. tranſſubſtantiatio.* 9. Non ſequitur geminatam literam niſi ſit antepenultima, penultima aut finalis: Exc. *Eetion, Eetioneus,a,um. Zootomia:* Si penultima eſt t, geminatam præcedit

9. Exc. *Aeeta, e. booti, e. Phraati, e. thooti, e.* 10. Non eſt penultima litera niſi finalis ſit vocalis.

V.

1. NUlla litera geminatur in initio dictionis præter u. Exc. *Aaron, Eetion, Eetioneus, a, um. iidem, iisdem, iis, iit, oogala, ooſcyphium, Oonæ, Oopellum.* 2. Non eſt initialis ſi ſecunda & tertia dictionis litera eædem ſunt: Exc. *viis, ullibi, ullus, a, um.* 3. Non eſt finalis ſi tertia & quarta à fine litera eædem ſunt. 4. Non eſt media & finalis niſi penultima ſit t. Exc. *fluxu, lauru.* 5. Non eſt initialis & finalis niſi penultima ſit t. Exc. *uſu, veru, viſu, verſu, vulſu, unicornu.* 6. Non eſt finalis occurrente geminatâ niſi penultima ſit s, aut t. Exc. *curru, annexu, affluxu, effluxu, connexu.* 7. Non eſt finalis, ſi ſecunda & quinta à fine litera eædem ſunt, niſi penultima ſit t: Exc. *aſſenſu, conſenſu, conſuaſu, diſſenſu, diſſuaſu, perſuaſu, ſenſu, ſuaſu, transfuſu.* 8. Geminatum u. ſequitur aliqua harum octo literarum a, e, i, l, m, n, s aut t. Exc. *juvo, adjuvo.* Si a aut e. præcedit i. Exc. *Cluverius, uva, uveus, a, um, uveſco.* Si i præcedit l. Exc. *juvi & adjuvi, iſti, it, imus, iſtis, iſſem, iſſes, iſſet, iſſemus, iſſetis, iſſent, iſſe, exuviæ, pacuvius, rectuvia, Veſuvius, Vitruvius, uvis, uvidus, a, um. uvifer, a, um.* Si m aut s. finales ſunt: Exc. *duumvir, duumviralis, e. duumviratus.* Si n, verbum definit in unt aut untur: Exc. *avunculus, abavunculus.* Si t, præcedit q. 9. non eſt ultima litera in utraque dictionis medietate niſi penultima ſit s aut t: Exc. *aliquandiu, luxu, nuru.* 10. Non eſt finalis niſi penultima ſit e s: aut x. Exc. *acu, anu, diu, phu, arcu, colu, ficu, gelu, genu, lacu, manu, nuru, penu, pinu, ſinu,*

veru,

veru,cornu,curru.gradu,lauru,ſocru,ſpecu,tribu,panthu,quercu,tamdiu,melampu, porticu,quamdiu, tonitru, interdiu,unicornu,aliquandiu.

X.

1. NOn geminatur. 2. Non occurrit bis niſi ſit ſecunda dictionis litera: Exc. *Artaxerxes, Auxiliatrix, coxendix, ſextuplex, textrix, Xerxes.* 3. Inter duo x. non eſt unica litera. 4. Non occurrit in verbis reciprocis: Exc. *axa, oxa, taxat, texet, erexère.* 5. Non ſequitur geminatam literam: Exc. *praexiſto.* 6. Non eſt initialis in verbis geminatam habentibus: Exc. *Xanthii, Xantippe, Xantippus, Xaverii, Xenii, Xenius, Xenodochii, iis.* 7. Non eſt ſecunda dictionis litera niſi initialis, e. & tertia (y) Exc. *axa, axilla, axioma, axis, axungia, ixia, ixion, ixionides, ixus, oxalis, oxobapta, oxus, oxyacantha, oxycedros, oxylapathum, oxygala, oxygarum, oxymel, oxyrrhynchus, uxor, uxorcula, uxorius, a, um.* 8. Occurrente geminatâ non eſt finalis niſi tertia litera ſit geminata: Exc. *ciſtellatrix, coeffectrix, inefficax, interrex, rebellatrix, ſupellex.* 9. Non occurrit ter in dictione. 10. Non eſt finalis ſi ſecunda & quinta à fine litera eædem ſunt: Exc. *Allobrox, audax, conjunx, exlex, fallax, harpax, interrex, pellex, quincunx, ſupellex, vertex, vervex, volvox.* 11. Non eſt in voculis duarum literarum: Exc. *ex.*

Y.

1. NOn eſt initialis: Exc. *yerva, ypera, Yenyvenius, Yſtadienſis, e. Yvica.* 2. Non occurrit bis in dictione: Exc. *caryophyllata, caryophyllus, glycyrrhiza, hydrargyrum, hyoſcyaminus, a, um. hyoſcyamus*

hypopyum, hypozyga, hypſipyle, ſymmyſta, ſymphytum, ſynonyma, ſyntyche, ſyzygia, Yenyvenus 3 Non eſt in voculis trium literarum: Exc. *phy, Aty.* 4. Non occurrit inter ſimiles literas niſi ſit ſecunda dictionis litera: Exc. *cotytto, encyclius, a, um. encyclopadia, epicyclus, Ogyges, ogygius, a, um, hemicyclus, erinnys.* 5. Non ſequitur geminatam literam: Exc. *Aſſyriacus, a, um. aſſyrius, a, um. coccyx, collybiſtes, collybus, collyra, collyrium, ellychnium, erinnys, goſſypium, illyricus, a, um, illyris, illyrius, a, um. Maſſylus, a, um. plemmyrium, ſebenniſticus, a, um. ſebennytus, ſymmyſta, Transſylvania.* 6. Non eſt finalis: Exc *Achaly, capy, chamadry, chamapity, chely, Coty, Erinny, Haly, miſy, Mity, moly, phy, ſory, Tethy.*

Z.

1. NOn occurrit in voculis duarum & trium literarum: Exc. *aza, oza, zea.* 2. Non occurrit bis in dictione niſi in nominibus propriis biblicis: Exc *Nazianzum, Nazianzenus, Zetznerus, Zezes, zizania, zizanium, zizphus, zozymus, zuenziga.* 3. Non occurrit in verbis reciprocis: Exc. *aza, aziza, mazam.* 4. Non præcedit geminatam literam niſi ſit antepenultima: Exc. *aizoon, Zoologia, Zoonychon, Zoophthalmus, Zoophyta, Zootomia, Zuuingerus, Zuuinglius.* 5. Non ſequitur literam geminatam. 6. Non eſt finalis in Latinis verbis.

Nomina

Nomina Difficiliora in Regulis contenta, explicata.

in

A.

1. AA eſt fluvius Flandriæ Fanum S. Audomari præterfluens. vid. Cluverium Introduct. Geograp. p. 163. 2. Baaras, eſt nomen lacus, penes quem radix eodem nomine gignitur propè Hieroſolymam. 3. Phraates nomen proprium, vid. Juſtin. 4. Tacamahaca eſt reſina celebris Medicis uſitata. 5. Tamalapatra eſt nomen herbæ, Latinè malabatrum, Græcè μαλάβατρον. Germ. dicitur: Jüdiſch-Blat. 6. Garzias ab horto, de plantis Indicis iſtud nomen huic herbæ tribuit, vid. Martini Lexicon in voce Malabatrum. 7. Taratantara eſt ſonus inconditus buccinæ.

B.

1. BOo, eſt Indicativus verbi boare. 2. Bootes ſtella ſeptentrionalis notiſſima. 3. Obba poculi genus vel ligneum vel ex ſparto, quod nunc ubba dicitur, vid. Martinii Lexicon. 4. Ubbo, Nomen proprium. 5. Rob, Arabicum vocabulum Medicis uſitatum, notat ſuccum medicatum, qui primum defœcatur, exinde verò ſolis aut ignis calore ſic denſatur, ut longiore tempore citra corruptionem aſſervari queat, vid. p. 466. Lexici Raveuſteinii.

C.

1. NYcticorax, Græcum vocabulum, Nachtrab. 2. Phalacrocorax, φαλακροκόραξ, quaſi φαλακρὸς κόραξ, calvus, corvus. Eſt avis in Alpibus & ad inſulas Baleares. Plin. l. 10. cap. 48. 3. Acacia eſt herbæ genus, vid. Martin. Lex. 4. Acacius Patriarcha fuit Conſtantinopolitanus, vir inprimis pius, & Leoni Imperatori gratiſſimus. 5. Eccere eſt adverbium monſtrandi. Calepinus ait, eſſe jusjurandum ac ſi jures, per Cererem, p.m. 507. 6. Ecdicus ſignificat defenſorem, vindicem, Græc. eſt ἔκδικος, vid. Calep.

D.

1. LIddelius eſt nomen Medici quondam in Scotiâ celeberrimi. 2. rhododendrus, frutex eſt florem ferens roſæ ſimilem, foliumque indeciduum Græc. ῥοδόδενδρον, quaſi roſea arbor, eademque planta, quæ & rhododaphne. Cauſa nominis eſt, quia aſſurgit ut arbor, & lauro & roſæ ſimilis. 3. adedo, eſt compoſitum ex ad, & edo. 4. Adonidi eſt Dativus à Nomine Adonis Poëtis ob amores Veneris notiſſimus. 5. Medardus Calendariis notus. 6. Androdus, ſervus, hoſpes & Medicus Leonis.

E.

1. EUboee, Vocativus à Nomine Euboeus, qui eſt ex Inſulâ Eubœâ. 2. Eetion, Pater fuit Andromaches, & ſocer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat. 3. Eumæe, Vocativus à Nomine

mine Eumæus, Subulcus fuit Ulyſſis, qui Dominum à bello Trojano reducem operâ ſuâ adjuvit contra procos uxoris. 4. Cenchreenſibus à Nomine Cenchreenſis à Cenchreis, portu Corinthiorum. 5. Platæenſium notum eſt. 6. Æetæ Dativus à Nominativo: Æetes vel Æeta, Pater qui fuit Medeæ.

F.

1. AFOrus, piſciculus minutus, qui propter exiguitatem capi non poteſt. 2. Ofella, eſt parva oſſa, litera in diminutivo ſublata. 3. Sfortia eſt Ducis Mediolanenſis nomen. 4. Ufens, fluvius eſt juxta Terracinam teſte Plinio, hinc ufentinus. 5. Afrodiſius, adjectivum Græcum, ab ἀφροδίτης, Venere. 6. Pfaſſius eſt nomen proprium. 7. Hafenreffer, Theol. D. & Profeſſor Tübingenſis. 8. Acliulfus, Theodorici cliens; Suevis Præfectus. 9. Arefa, Phœniciæ Urbs. 11. Maraſſa fuit Medicus Italus. 12. Rufus nomen notiſſimum. 13. Stufa, hypocauſtum; vaporarium. vid. Martin. Lex. in voce Stuba.

G.

1. GAd, nomen proprium filii Jacob. 2. Goa, Indiæ Urbs. 3. Gog, nomen Biblicum. 4. Git, alii Gith, genus ſeminis Schwartz Corjander. 5. Uggerenſis, nomen proprium Provinciæ Ducatus Brandeburgici. Hainlinus Geograph. p. m. 649. 6. Fugger, nomen proprium Comitum Germanicorum. 7. Gegginga, eſt pagus haud procul Auguſtâ - Vindelicorum diſtans. 8. Haggæus eſt Propheta. 9. Oogala, puls ex

ovis & lacte; ab ᾠὸν ovum & γάλα lac. 10. Ægagropila, Gemſen-Kugeln. 11. Agag, Nomen Regis Amalekitarum. 12. Agoga, Græc ἀγωγὴ, foſſa eſt in Metallis aurariis, per quam aqua aurum trahens ducitur, oder eine Waſſer-Furch. 13. Demagogus, Græc δημαγωγὸς. Demagogi apud Athenienſes vocabantur Duces quidam vulgi, popularem auram concionibus aucupantes, homines populariter factioſi. 14. Gemagog, Gigas cubitos duodecim procerus, de quo Architrenius: Cubitis ter quatuor altum Gemagog Herculeâ ſuſpendit in aëra luctâ. 15. Lagographia, ex λαγὼς vel λαγωὸς lepus & γραφὴ, Scriptura. 16. Magog, Nomen proprium Biblicum. 17. Melanagogus, adjectivum à μέλας niger & ἄγω duco. 18. Ogyges, Thebanorum Rex, qui primum Thebas Bœotias ædificavit. 19. Ogygius ab ogyges deſcendens. 20. παγχυμαγωγὸς ex πᾶς omnis & χυμὸς ſuccus, & ἄγω duco. Medicis uſitata vox. 21. Paragoge notiſſima Poëtis figura. 22. Phlegmagogus, quod phlegma educit 23. Agragantinus, adjectivum, idem quod Agrigentinus, ab Agragas, qui & Acragas, Siciliæ mons eſt, & in eo oppidum ejusdem nominis, quod hodiè Agrigentum vocant. 24. Goaga, Hainlinus Geographiæ p. m. 609. ita ſcribit: §. 7. Biledulgerid eſt tractus terræ longiſſimus in regna ſex Zanhaga, Zuenziga, Targa, Lempta, Berdoa & Goaga diſtributus. 25. Gygi, eſt Dativus à Nominativo Gyges, qui fuit Rex Lydiæ Juſtino teſte l. c. 26. Galega Italica voce ſignificat herbam. 27. Galanga, Galgan / Radix. 28. Abiſag, Doëg, Nepheg, Og, Phaleg, Sarug, Sicleg, ſunt Nomina Biblica.

H.

1. THooſa, Phorci filia, ex quâ Polyphemum Neptunus genuit. 2. Thootes unus fuit ex præconibus Græcorum. 3. Ichthyophagus, Gr. vocab. ab ἰχθὺς piſcis & φάγω, edo. 4. Ichthyotrophium deſcendit ab ἰχθὺς & τρέφω alo. 5. Phthirophagus, in Plurali Phthiriophagi, dicti ſunt populi à tenuitate victus, quaſi pediculis veſcantur. Hi ſunt juxta Pontum Euxinum. 6. Eriſichthon, vir impius fuit in Theſſaliâ. 7. Lagophthalmus à λαγὼς lepus & ὀφθαλμὸς oculus. Dicitur oculorum vitium, quum ſuperior palpebra non deſcendit; Dictum à leporibus, qui apertis oculis dormire conſueverunt. vid Ravenſteinii Lexicon Medicum pag 296. 8. Riphæus, unde Riphæi popul. ſeptentrionales à Riphæis Montibus appellati. vid. Cluv. p.477.478 introd Geogr. 9. Rhadamanthus, Judex inferorum, Virgil. lib. 6. Æneid. 10. Heniochus, Auriga, ſtella ſeptentrionalis, 11. Heſychius, Mileſius Hiſtoricus. 12. Hipparchus, celebris Aſtrologus. 13. Hippolapathum, majus lapathum, herba. 14. Homotechna, ab ὁμότεχνος, qui eandem artem profitetur. 15. Panthus, Vocativus à Nominativo Panthous ſeu Panthus. Nomen Proprium filii Otrei fratris Hecubæ. 16. Phu, Silveſtris nardus, naſcitur in Ponto. 17. Tethy, Vocativus eſt à Thetys, Cæli fuit & Veſtæ filia, ſoror Saturni. 18. Ceterach, Milʒkraut/ Scolopendrium.

I.

1. ERinnyi, Dativus ab Erinnys, Furia infernalis. 2. Coo, eſt Dativus à Nominativo cous. 3. Dee, eſt Vocativus, Nominativus Deus. vid. Voſſium lib. 2. cap V. p. 261. 4. Eoo, Dativus ab (eous.) 5. Aizooo, Dativus ab Aizoon, ſempervivum. 6. Argoo ab Argous, idem quod Argolicus. 7. Coloo à Colous Nominativus, Lacus eſt Lydiæ. 8. Latous, Nomen Apollinis à Latona ita dicti. 9. Minoo à Minos, qui Rex fuit Cretæ. 10. Pirous, nomen Herois cujusdam in Homero. 11. Nemee, eſt ſylva Achajæ. 12. Phœbee Vocativus à Phœbeus. 13. Acheloo ab Achelous, qui fuit Ætoliæ Rex, idemque fluvius. 14 Alcinoo, ab Alcinous, qui fuit Rex Phæacum. 15. Antinoo, ab Antinous, Nomen proprium Proci Penelopes. 16. Minadoo à Minadous, qui extitit Celeberrimus Medicus Hiſpanus. 17. Panthoo Dativus à Panthous. 18. Pirithous, Theſei conjunctiſſimus, unde Pirithoo. 19. Chæronee à Chæronea oppido. 20. Melibœus eſt Paſtor Virgilii. Eclog. 1.

L.

1. LIæ ſignificat foramina, quæ in ſummo mali recipiunt funes, unde liis. 2. Oogalæ, Græc. nomen ſupra explicatum. 3. Oonæ, ſunt Inſulæ in Oceano ſeptentrionali. 4. Oopellum, urbs eſt Britanniæ. 5. Ootos, corona precioſiſſima Irenes, quàm ei conjux Johannes Ducas Imperator ex ovorum proventu dabat, vid. Mart. Lex. 6. Ooſcyphium poculum in ovi formam oblongum, ex

ὡὸν & σκύφος. 7. Lollius, cognomen civium Romanorum. 8. Clælia, nobilis virgo Romana fuit. 9. Colbeles, urbs Macedoniæ. 10. Eleale, Civitas Moabitarum. 11. Eliel, nomen proprium Biblicum. 12. Leonellus fuit Medicus. 13. Ellopia, Regio Eubox. 14. Ellopium, urbs Ætoliæ. 15. Ellobium inauris. 16. Ellus, antiqui pro ille dicebant. 17. Ollus pro ille, vid Mart. Lex. 18. Ellops, piſcis ſquamoſus. 19. Ellotia, Feſtum Europæ in Cretâ. 20. Nathanael, Raphael, Beſeleel, Eliel, Emmanuel, ſunt nomina Biblica.

M.

1. Empyema, eſt cavitatis thoracis à materiâ purulenta copioſa conſtipatio vid. Ravenſteinii Lexicon, p. 181. 2. Empyreuma Reliquiæ ſunt caloris febrilis poſt ſolutam acceſſionem, vid. id. Lexicon p 182. 3. Sixtinus Amama vir doctus, qui Antibarbarum ſcripſit Biblicum. 4. Ammon, Nomen Biblicum proprium. 5. Ammoniacum eſt gutta ſive lachryma ferulæ in Libya naſcentis. vid. Calep. 6. Ammonius, Alexandrinus Philoſophus fuit. 7. Ammonia, Regio mediterranea Libyæ. 8. Ammonitrum, maſſa eſt conſtans ex arenâ molis tritâ, & tertiâ parte nitri. 9. Emme eſt avis. 10. Emmius vir doctus. 11. Emmaus notiſſimus eſt pagus haud procul Jeroſolymis diſtans. 12. Memmius, Romanus civis. 13. Mummius, Imperator qui Corinthum diruit. 14. Amram, Moſis Pater. 15. Marma, Nomen Biblicum. 16. Maſma filius Iſmaëlis. 17. Cleempus fuit Medicus. 18. Mama Æthiopiæ ſub Ægypto urbs, vid. Cluv. 19. Methymmeus, derivatur à Methym-

na urbe Leſti. 20. Mongomerius, fuit Dux Bellicus. 21. Ama eſt falx meſſoria, unde Accuſativus Amam, vid. Marc Lex. 22. Memmî, Mummi ſunt Vocativi. 23. Lemma, λῆμμα, ſumptio, id quod in ratiocinationibus aſſumitur. 24. Stymma, eſt ſpiſſamentum & dormitura unguenti ex odoramentis conſtans.

N.

1. NOologia, pars Philoſophiæ. 2. Nannacus, Rex ante Deucalionis tempora fuiſſe fertur. 3. Nonna, nomen fœminæ. 4. Nunnius, eſt nomen celebris Medici. 5. Demophoon, Theſei filius, Rex Athenienſis. 6. Hippocoon, ab Hercule occiſus eſt. 7. Laocoon, filius Priami ex Hecubâ. 8. Nemeen, Accuſativus à Nemee, ſylva. 9. Nerion, Unholden-Kraut. 10. Neſæen, à Neſæe, Numpha Marina, Neres & Doridis filia. 11. Thermodoon, fluvius Cappadociæ. 12. Thoon, fuit Vir Trajanus ab Antilocho interfectus. 13. Narnia, Umbriæ civitas. 14. Neander notiſſimum nomen Profeſſoris alicujus Wittebergenſis. 15. Neant, eſt ſubj à neo, nere. 16. Neanthus vir quidam, qui propter Chelyn Apollinis temerè affectatam DEO vindice à canibus diſcerptus eſt. vid. Nat. Comit. 17. Nonnus Poëta Græcus clariſſimus. 18. Antinoë, eſt nomen fœminæ. 19. Arſinoë, filia Ptolomæi, Lagi filii. 20. Athenion, Pictor inſignis fuit. 21. Autonoë, Cadmi Thebarum conditoris filia. 22. Danaën Horatius habet. 23. Leuconoë, vid. Nat. Com. 24 Lyſinoë, Aſiæ civitas circa Pamphyliam. 25. Melange, eſt Emporium in Indiâ intra Gangen, ubi Apoſtolus Thomas

Thomas ſepultus creditur. 26. Oenoë, Oppidum Græciæ Atticani à Bœotiâ diſterminans. 27. Oenone, nomen Nymphæ Phrygiæ, quæ Paridem adamavit, antequam raperet Helenam. 28. Phœmonoë, Prima Apollinis Delphici ſacerdos, teſte Pauſaniâ, quæ carmen heroicum dicitur inveniſſe. 29. Neon, urbs Phocidis. 30. Nape, urbs Lesbi. 31. Naxos Inſula Cycladum. 32. Nede, urbs Arcadiæ. 33. Neden, urbs Laconiæ. 34. Nerinen à Nerine, vid. Virg. 35. Naſamones Lybiæ populi à Naſamon. 36. Naron eſt Dalmatiæ fluvius: 37. Neobule eſt Lycambis filia. 38 Nephele, Mater Phryxi & Helles. 39. Niſan menſis Hebræi nomen. 40. Necropolis Ægypti oppidum. 41. Nyctimene, filia Nyctei, vid Nat Com. 42. Amnon, Arnon Nomina Biblica, hoc fluvii, illud filii Davidis nomen. 42. Berenice nomen Sideris. 43 Arganthon civitas eſt Tarteſſiorum. 44. Chryſanthemon, herbæ nomen. 45. Menon, Sophiſta arrogantiſſimus. 46. Paracentheſis, Curatio, quæ fit manu Chirurgi, cùm morbus aliter curari nequit. 47. Sinon, Vir Græcus Virgil. 48. Strongyle, una Eolidum. 49. Enna, urbs Siciliæ. 50. Enneas, Gr numerus novenarius. 51. Alcippe, Mulieris nomen, Virg. 52. Cydippe, Nympha, Virg. 53 Helle, filia Athamantis Phryxi ſoror.

O.

1. ONonis ſpinoſa herba, 2. Opoponax, ſuccus panacis herbæ. 3. Orobus, ervum. 4. Oropus, Atticæ oppidum. 5 Oenomaus, Rex Elidis. 6. Oenotrus, Sabinorum Rex, unde Italia Oenotria, Virgil. 7. Orchomenus, Bœotiæ oppidum.

dum. 8. Orthogonus, Rectangulus. 9 Zoologia, diſciplina de Animalibus. 10. Zoophthalmus, herba, ſedum majus. 11. Zoophyta, quæ mediam naturam inter plantas & animalia habent, ut oſtrea, ſpongiæ. 12. Zootomia, ſectio animalium. 13. Zoonychon, Leontopodion herba. 14. Coſroes, Rex Perſarum. 15. Cymothoe, Nympha Marina, Virg. 16. Leucothoë, Orcami Babylonii Regis filia. 20. Pholoe, mons & oppidum Arcadiæ.

P.

1. APpa, Arabiæ felicis urbs. 2. Epops, upupa. 3 Epiſtrophe, Schema Rhetoricum. 4 Speuſippus, Philoſophus Athenienſis. Apoſtrophe fig. Rhet. 5. Pompejopolis Ciliciæ urbs. 6. Pappa, prima infantulorum vox. 7. Pappare eſt minutos ac commanducatos cibos comedere. 8. Pappas accipitur pro Patre. 9. Pappus, Groß-Vatter. Nomen & Theologi. 10. Pappi carduorum flores. 11. Pappous, i.e. avitus. vid. Calep. 12. Pſeudo Philippus, Rex ſubſtitutus, vid. Florum & Juſtinum. 13. Philippides, Curſor, Cornel 14. Philippei ſc. nummi Philippi Macedonum Regis. 15. Philippi urbs Theſſaliæ. 16. Philippus Rex. 17. Philippinæ Inſulæ Maris Sinenſis. 18. Eupompus, Pictor nobilis. 19. Ulacq eſt Typographus.

R.

1. IR, eſt cavitas manus. 2. Anxur, urbs Italiæ nunc Tarracina. 3 Ligur, nomen Populi Italiæ. 4. Tibur urbs Italiæ, Horat.

S.

S.

1. EſSæus, Eſſæi, tempore Chriſti ſectarii. 2. Oſſamania, Nomen Menſis Februarii. 3. Osſillo, Oſſatim comminuo. 4. Oſſini idem quod Eſſeni. 5. Oſſum pro os. 6 Iſoſceles figura æquis cruribus. 7. Caſeoſus à caſeus.

T.

1. OTtarus Bohemiæ Rex. 2. Ottilia, Nomen fœminæ. 3. Tyttygias, Latro fuit & Plagiarius Arcadiæ. 4. Cteſiphon Viri & urbis nomen.

V.

1. PAcuvius, Poëta Tragicus. 2. Exuviæ, induviæ, reduviæ notant unum idemque. 3. Veſuvius, Mons Italiæ. 4. Vitruvius, Architectus Veronenſis. 5. Melampu à Melampus.

X.

1. AXa, Imperativus verbi axare. 2. Oxus amnis in lacu oxiâ, unde oxo. 3. Xanthium herba. Item Xanthii populi vid. Calep. 4. Xaverius Jeſuita. 5. Ixia, Herba. 6. Ixion, Rex Theſſaliæ, Virg. l. 6. 7. Ixionides, ab Ixion. 8. Ixon, viſcus quo aves capiuntur. 9. Oxalis, herbæ genus. 10. Oxyacantha, frutex, acida ſpina. 11. Oxalme, acida muria. 12. Oxia navigium velox, 13. Oxobapta, rubro tincta lana. 14. Oxybaphum, Vaſculum aceti, in quod intingitur. 15. Oxycedrus, frutex, durum acutum & folium ſpinoſum habens. vid. Calep. 16. Ciſtellatrix, Ancilla, quæ Caniſtrum fert hederæ. 17. Harpax à Syris vocatur electrum.

Y.

1. Yerva, Gifftwurtz. 2. Ypera, urbs Flandriæ, unde Yprenſis. 3. Yenivenius, Nomen proprium viri. 4. Yſtadienſis, ab Yſtadium, urbs Scaniæ. 5. Yvica, Inſula Balearidibus conjuncta. 6. Hypozygus, ſubjugus, Hypopyus ſuppuratus. 7. Hypoſipile Lemni regina Thoantis filia. 8. Syntyche, Fortuna. 9. Cotytto, Dea impudentiæ. 10. Collybrotes, ein Wechßler. 11. Collybus, Verluſt in Verwechßlung deß Gelds. 12. Collyra, panis Triangulus & modicus. 13. Goſſypium, frutex eſt. 14. Maſſylus, adjectivum, nomen Gentis. 15. Plemmyrium, fluvius Siciliæ, qui per agrum Syracuſanum labitur. 16. Sebennyticum, Oſtium Nyli, à Sebennytus, quæ eſt urbs Ægypti. 17. Achaly, Rex Saracenorum, qui poſt Califam Mahumeto ſucceſſit. 18. Capy, Vocativus à Capys, qui fuit Trojanus Capuæ conditor, Virg. 19. Chamædry, à χαμαίδρυς, herbæ nomen. 20. Chamæpitys itidem herba. 21. Coty, à Nomine Cotys, Thraciæ Rex. 22. Haly ab Halys fluvius. 23. Mity, Mitys viri nomen Calep. 24. Miſy, Sory ſunt recrementa metallica.

Z.

1. AZa, Nomen Biblicum, ſicut Aziza. 2. Oza, oris graveolentia. 3 Zeznerus, Bibliopola. 4. Zezes, Hiſtoricus Græcus. 5. Ziziphus, Genus arboris in Italiâ, cujus fructus ſunt Jujubæ, Bruſt-Beer. 6. Zozymus Nomen Proprium viri. 7. Zuenziga, Regnum Biledulgerid.

Exem-

Exemplum Latinum.

Γ1θ4ςϖ. 85 ♉ςδ3θ§ς. θϖz. z6Γ96☿61δς. §6ηςδ6z γθ18. θ1§45. ϱδϖ25η6z. ς1. γθ15. 1ϱθ4. 3ϖδ☿696θδ. zθ9η. Γ5zη1. 3ϖ9z6§6ϖ. θςzηδϖ. θη1δ. §625ς9ης δ. ςη. ♉ϖ3. §625ς9η6θz. γθϖ4. 85. zϱϖ9ης. ☿135δς. 3ϖ9zη6ηθςδ18. θη. γθ18. §ς96zz68θ8. 85. ϱδ1525δ8. ςη. ϱϖ8ϱς6θ8. 41δς8. ϖϱςδ18. θη. δς3ϖ936§61δς8. ης9ης8θz. ♉ϖ3. 8ϖ4ϖ. z6. ϱϖzzθ8θz. ϖ896θ8. θϖ§θ9η1ης z. δ53θϱςδ. δς. ςη. 46θηθδ91. θ63ηϖδ61. θη6. γθϖ9618. δς§6γθ6. 46θηθδ96η1ης. ϖ46θ8. ς☿☿θΓςδς. 9ϖ9. ϱϖηθςδθ9η. 95γθς. θ63ηϖδ618. 46θη6θz. ης95δς. ϱδ1ςηςδ. θ9θ8. zθ§§18. γθ58. 686η1ηθδθz. 9ϖ9. zθ8. ♉153. 9ϖθ1. z6η. δ1η6ϖ. θ6935946. θη. 86z5δ63ϖδ461. ςη. §625δ1§6η1ης. 9ϖz. 8θ961 8θz. 64. γθ58148ϖ4θς. ☿65δ6. ϱϖzz6η. 9ϖ99θ§§1. 86♉6. 69. 859η58. θ5969θ9η. ςη. 8θ§η1. δςϱςδ6δ6. ϱϖzzθ9η. 45. ♉6z. δ52θz. δϖΓϖ. θϖz. θη. 3ϖΓ6η1η6π958. zθz36ϱ61η6z. 39588. 81Γ6θ8. ϱϖ8ϱ56. ϱδ15☿53ηθ8. 45ϱδς♉5946. z36§635η. 85ϖ. 69zη6ηθηϖ. zθ8. θzθz. ςη. 5θ8. zη1η68. 86zzθ8. ☿536. 618. 4θϖ. ϱθ15☿53η6. ☿12δθ8. ϱϖ8ϱ56. 69. 8518. ϱϖης zη1η58. θς95δθ9η. ςη. 1. 85. 86zz6. zθ9η. z6. θϖ§59η. Γδ1η6. ςzzς. 45252θ9η. ϱϖ8ϱς6θ8. ♉ϖδη1δ6. θη. 81§6η. 86♉6. 5zzς. 1863θz. γθ18. 66z. γθ6. ςη. 6§§6. ςη. 86♉6. zς8ϱςδ. ☿θςδθ9η.

 69686.

6968536zz686. γθϖδ68. 1δη6☿63662. ς☿☿ς3η68. ςzη. θη; δςzρθ2§631. 69. ꭓθ93. zη1η68. ρςδθ596δςη.

Quæritur, ſi Epiſtola hæc Cæſaris, quam Cicero lib. 9. Epiſtolarum ad Atticum annotavit, incidiſſet in Steganographiæ peritum, an apodicticè ſolvi potuiſſet: Nos affirmamus, Lectorique, ne conjecturis videamur agere, demonſtramus. Primo characteres omnes exſcribimus, eosque numeramus.

Γ.1.θ.4.3.5.ϖ.8.ꭓ.δ.§.z.9.☿.6.η.γ.ρ.2.

Sunt numero novendecim; Hæc operatio neceſſaria eſt; quia, ſi plures eſſent, viginti duobus, indicio argumentoque eſſet, ſcripturam non eſſe Latinam. Duæ jam hanc ſolvendi Epiſtolam panduntur viæ. Prima ex ὑποθέσει procedit, & inquirit, ubi lateat τὸ Q. quod ita fit: Aſſumo ſingulos characteres & tento, quis ſit eorum Q.

Γ.1.θ.4.5.ϖ.8.ꭓ.δ.3.z.9.☿.6.η.2.ρ.

Omnes hi characteres non repræſentant τὸ Q. quia hos characteres ſemper ſequitur diverſus character, non idem perpetuò. Ex quo colligo: Nullus character quem non ſequitur ſemper idem character per univerſam Scripturam denotat Q. ſed ſcriptos omnes. E. Solum γ reſtat, de quo pronuncio, ſi (q) continetur in hâc Scripturâ neceſſeriò erit τὸ γ, quia τὴν characterem γ in diverſo nexu immediato ſequitur τὸ (ι) Unde ſtatuo & determino τὴν γ eſſe Q. non aliam. Invento Q. exſcribo omnes voces, in quibus continetur τὸ Q. idque ex eâ ratione; quia τὴν Q. ſemper ſequuntur duæ vocales τὸ u neceſſariò, & adhuc alia. Quod

ſe

te in cognitionem vocalium deducet: Voces in quibus character (γ) obviat, ſunt ſeqq.

γθ6. γθ18 γθ1ς. γθϖ4. γθς8. 9ςγθς γθϖδθ8. γθϖ9618. δς§6γθ6. γθς8148ϖϖ4θ8.

Theſin juxta meam regulamque τῦ Q. (7) dico ex hypotheſi, ſi τὸ γ eſt Q. τὸ (θ) eſt vocalis (u) τὸ 6. etiam eſt vocalis. τὸ (1) pariter. τὸ (5) etiam. τὸ (ϖ) pariter. Sic erunt vocales indeterminatè inventæ

6. 1. ς. ϖ.

τὸ u jam habeo, quæ cum reliquis neceſſariò & infallibiliter eſt vocalis. Si Q continetur in prælectâ epiſtolâ. Dein, quia conſtat, hos characteres eſſe vocales, annoto omnes voculas duarum, trium, quatuorque litterarum; & ordine colloco primo, Solitariè poſitos, qualis hic eſt Numerus. (1) ſecundò duarum litterarum, quæ ſunt:

ς1. ςη. θη. 8ς. z6. 64. 4ς. 69. 8ς.

Tertiò trilitteras, eæ ſunt:

θϖz. Ꭓϖʒ. θη6. 9ϖ9. zθ8. z6η. 9ϖz. Ꭓ6z. 8ςϖ. ςθ8. 618. 4θϖ. 66z. γθ6. ςzη.

Inter quas maximè notandæ ſunt eæ voces, quæ easdem characteres repetunt: 9ϖ9. 66z.

Quatuor litterarum vocabula reperiuntur ſeqq. 1ρθ4. zθ9η. θη1δ. 8ϖ4ϖ. θ9θ8. Ꭓ1ς3. 9ϖθ1. 86Ꭓ6. δϖρϖ. θzθz. ☿536. 8ς18. zθ9η. ςzzς. 6§§6. Ꭓθ93.

Ex his quartum, quintum, octavum, nonum, decimum, duodecimum, decimum quartum vocabula obſervanda, præcipuè autem decimum quartum, decimum quintum, attendenda. Hæc voca-

bula exſcripta confero invicem, mediaque collatione pleraſque litteras deprehendo facillimè.

Si τὸ (θ) ex ſuppoſitione τῦ Q eſt (u) tunc vocula (θυ) ſignificat (*ut*) τὸ υ nequit vocalis eſſe, quia indeterminatè vocales jam inveni & probavi; nec valebit (y) quia barbara emergeret vox (vy) ergò erit conſonans. Conſonans nulla autem claudere poteſt dictiunculam bilitteram, præterquam (t) quis enim dicit *uc, ud, um, un, ur*, &c. Has litteras repertas, nempè τὸ u & t. in Alphabeto annoto, & deleo: Idque in peculiari chartâ. Hoc (υ) ſive litteram (t) cujus characterem ſuperimpono deletæ litteræ t. confero cum voculâ τειγεαμμάτῳ, θυ6. cujus exordium eſt (ut) ultimâ incertâ, vel potius nondum inventâ. Vocalem eſſe conſtat τὸ (6.) quia ſequitur τὸν Q. ita ut tertia ſit ab eâ., & conſequenter neceſſariò vocalis, ſed etiam ex voculâ (66z.) quæ geminata prima nulla apud Latinos eſſe poteſt, niſi (i) vid. Reg. primam τῦ (u.)

Excipis, poſſe τὸ (66z.) ſignificare (*uua*) quæ vocula inchoetà duabus vocalibus geminatis. Reſp. Non poteſt ſignificare; Primò, quia (u) per characterem (θ) denotatum jam inveni; Dein quia tertia nempè z. nequit eſſe (a.) Primò, quia inter vocales, quas omnes habeo, non invenitur; Dein quia (a) non geminatur, quod videtur de charactere (z) in (5725.) ſed ponamus τὸ 66z. non eſſe in epiſtolâ præſcindamuſque, dico nihilominus τὸ (6.) eſſe vocalem (i.) idque ex ſufficienti remotione. τὸ θυ6. aut ſignificat, *uta*, aut *ute*, aut *uti*, aut *uto*. Nulla ex his Latinam componit vocem, niſi τὸ *uti*. Eſt ergò τὸ (6.) vocalis i.

Habeo ergò: η. θ. 6. γ. / t. u. i. q. quas deleo in Alphabeto meo, litteras pura, characteribus earum ſuprapoſitis. Præterea inventis characteribus ſuperimpono litteras per totam epiſtolam præſertim voculis minoribus, paucarumque litterarum. Poſt aſſumo, quia habeo *i* & *t.* in trilitterâ z6η. characterem (z.) conſonam & dico eum non eſſe. *b. c. d. g. h. l. m. n. p. q. r. ſ. t. x. z.* quia partim hæ litteræ præpoſitæ illatinam generant dictionem; Non enim dicitur Romanis *bit*, *git*, &c. Partim quia hæ non ſunt finales, cujus contrarium evidenter multis in dictionibus epiſtolæ cernitur, partim quia hæ litteræ apud Latinos non geminantur. Reſtat igitur unicum *ſit*, & ſic. τὸ (z) non repræſentat (*F.*) quia *F.* non eſt finale, ut hic (z) eſt. Ergò τὸ ſit: ut ita invenerim *S.* litteram. Cujus character z.

Alphabetumque ita ſtet:

t. u. i. q. s.

η. θ. 6. γ. z.

Deletâ conſonante *s.* in Alphabeto Latino, τὸ *s.* ſuperſcribo parvis voculis trium, quatuor, duarumque litterarum, ex Græc. τῶν ςη. Cujus ultima eſt (*t*) θη. quod eſt: *ut.* (*z6.*) quod (*ſi*) 64. cujus prior eſt (*s*) 69. cujus itid (*i*) Trium litterarum θϖz. Prima eſt (*u*,) ſecunda latet, tertia eſt (*s.*) zθ8. priores ſonant (*ſu*) z6η. quod ſignificat (*ſit*) ꝗ6z. cujus poſteriores deſinunt in (-*is* priore nondum cognita. ɔθ6. (*qui*) 5zη. - quæ terminat in (- *St.* priore exiſtente vocali, quia τὴν Q immediatè ſequitur. Idem faciendum cum vocibus quadrilitteris: quin cum totâ epiſtolâ, ut inveniam litteram ſuo characteri, qui pro litterâ ſubſtitutus fuit, ſuper-

imponam. Quo fiet, ut ſpontè vocabula fluant, neque confundaris, præſertim ſi repertam deleveris in Alphabeto Latino, quod ad manum in ſchedulâ vel chartâ habendum tibi eſt. Poſt, vocalibus, *ι*, *ϰ*, inventis tranſeo ad voculam *θϖz*. Primam & ultimam jam deprehendi, earumque ordo eſt hîc (*ϰ* - *s*.) Media eſt vocalis ignota: Quæritur quæ illa? Dico non (*ι*) jam cognitam: non (*e*) cum non dicant Latini (*ves*,) reſtat (*vas*,) (*vos*,) utrumque Latinis uſitatum. Sed excluditur priùs, nempè τὸ vas, propter voculam triliteram (4*θϖ*.) collatam, cujus penultima eſt *ϰ*, & ultima *a*, ſi τὸ (*θϖz*.) ex hypotheſi ſignificat vas. Jam cùm vocula (4*θϖ*.) deſinat ex ſuppoſitione in (ua) prior eſt vel conſonans, vel vocalis, non vocalis, cum quia abſurda emergeret vox: Non enim dico ava, eva, iva, cùm quia τὸ i. & u. jam ſunt inventæ. Non (Ova,) quia τὸ (4.) non eſt (o) alias ſequeretur τὸ 64. ſignificare jo, quod collatum cum reliquis voculis ſcripti inconditas voces prodit. Non conſonans b. c. d. f. g. h. l. m. n. p. r. x. y. z. quia hæ propoſitæ barbaram producunt vocem: Non enim dicimus, bua, cua, dua, &c. Reſtant voculæ: qua, ſua, tua. Sed duæ poſteriores locum habere nequeunt, quia S. & T. jam inveni: Non q. quia τὸ (4.) haudquaquam poteſt eſſe q. quia eſt in voculâ biliterâ; dein finalis. Ergò relinquitur τὸ (*θϖz*) vos ſignificare non vas, ut τὸ (*ϖ*) in (*θϖz*) ſit (o) quod deleo, ita inveni tres vocales, nempe:

6. ϖ. θ.

i. o. u.

Superſunt a. e. quarum alterutra neceſſariò ſignificatur per ſolitarium characterem (*ι*) ut ſit vel è, vel

(*a*)

(*a*) characterem (*ı*) ſolitariè poſitum non eſſe (*e*) probatur multimodis: primo ex comparatione voculæ bilitteræ: 51. Si τὸ (*ı*) character eſt (*e*) prior nemqe (5.) quæ neceſſariò eſt vocalis, utpote in eorum numero ſuperius poſita & à conſonantibus ſeparata. Si vocalis aut *a*, aut *e*, aut *ı*, aut *o*, aut *u*. Non eſt *a*, quia non dicitur (*ae*) apud Latinos. Non (*E.*) partim, quia *E.* jam inveni: partim, quia poſito me nondum inveniſſe (*E.*) Non dicitur (*ee*) partim, quia ſi diceretur (*ee*,) atque apud Latinos eſſet Latinitate donatum, tamen hoc loco excluderetur, quia ſcriptum eſſe deberet (*ıı*) duplici charactere. Non litteram *ı*. repræſentat character (*ı*) cùm non dicant: (*ie.*) quod Gallicum eſt, poſito quod (*ı*) nondum invenerim. Non *o*, tum quia (*o*) jam novi; tùm quia barbara eſt vox (*oe.*) Relinquitur ergò quod τὸ (*ı*) character numeri ſit (*à*) Præpoſitione & conſequenter (51.) ſignificet (*ea*,) ſed ulterius ſecundo modo poſſum probare τὸ (ı) characterem repræſentare (*A*) per collationem trilitteræ 618. Prima eſt *ı*. littera ſecunda ex ſuppoſitione meâ eſt (*e*) Tertia eſt conſonans. Jam ultimo pono loco conſonantes Alphabeti *b c. d. f. g. h. l. m. n. p. q. r.* (*s. t* jam habeo,) *x. z.* & deprehendo, quæcunque conſonantes à fine collocentur, barbaram enaſci voculam. Nunquam enim invenies voc. Latinam *jec*, *jeb*, *jef*, &c. experire omnes & probabis meum ratiocinium. Ergò quia poſterius eſt abſurdum, abſurdum quoque erit prius aſſumtum, nimirùm characterem (ı) eſſe (*e.*) Tertiò probo τὸ (*ı*) non repræſentare litteram (*e*) ex collatione quadrilitteræ. (5225.) Geminatæ mediæ ſunt (*S*,) prima & ultima eſt vocalis, vel *e*, vel *a*.

S: (*a*) vox reciproca (5225) denotabit (*aſſa*) ſi hoc, tùm trilittera (θ5ϖ) deſinet in (*ao*) (5 character) eſt *a*, ex ὑποθέσει meâ, τὸ (ϖ) eſt (*o*) in (*vos*) inventum. Quamcunque præfigas his duabus litteris nulla exſurget vox latina. Neque enim dico (*bao*) *cao, dao,* &c. ut taceam, etſi diceretur *dao, bao, fao, gao,* non tamen characterem (8) hoc loco poſſe ſubſtitui pro b. d. f. g. h. p. q. &c. vi regularum: Quia hæ non ſunt finales. Ergò infero τὸ (5) non eſt *a*, ſed (*E.*) ſi hoc. E. τὸ (1) character ſolidariè poſitus eſt (*à*) idque ex ſufficienti enumeratione partium, hoc modo ratiocinando. Omnes vocales inveni præter (*a.*) Ergò character (1.) qui ſolitariè ponitur in hâc Scripturâ Latinâ eſt (*a*) Cæterum adhuc ſupereſt methodus, qua demonſtrare poſſum, præcisâ collatione vocularum inter ſe invicem, præcisâ etiam omnium vocalium, *a, e, o, u,* determinatâ inventione ſolo (*i*) & (*o*) excepto. τὸ (1) charact. neceſſariò eſſe (*a.*) Id ita fiet: Suppono ex invento & per ὑπόθεσιν aſſumto (Q.) 5. characterem item (1) duos hos inquam characteres eſſe vocales. Si vocales & quidem diverſæ, tùm (51) ex puris conſtabit vocalibus. Illæ quæ ſint, per combinationem deprehendo eruoque ſequenti modo: Vocales ſunt quinque, *a, e, i, o, u*; quibus adde (*y*) fiuntque ſex. Jam ſex res faciunt combinationes penes ſubſtantiam & ordinem triginta. Quinque autem res, viginti (*y*) enim nullam ingreditur voculam duarum litterarum, neque his vel 5. character vel (1) poſitó, quod inveniretur in voculâ duarum litterarum, ſignificaret (*y,*) quia *y.* non eſt finale, nec initiale in verbis latinis, quod hic de characteribus (5. & 1.) obſervamus. Superſunt igitur (*a, e, i, o, u,*)

o, u,) quæ combinatæ faciunt variationes viginti demonſtrandas:

ae, ai, ao, au,	Unio eſt Aa,
ea, ei, eo, eu,	ee,
ja, je, jo, ju ſ	ii,
oa, oe, oi, ou,	oo,
ua, ue, ui, uo,	uu.

Hæc eſt combinatio quinque vocalium. Ex quibus Latina ſunt: *ea, ei, eo, jo, vi.* (*ve,*) annectitur tanquam enclitica. Ex abſolutè autem poſitis nec *ei*, nec *eo*, nec *jo*, nec *vi*, ſtare & valere poſſunt, quia τὸ (*i* & *o*,) jam ſuppono inventas. Inveni ergò denuò vocales (*a* & *e*,) ſuntque vocales:

I. ς. 6. ϖ. θ.
a. e. i. o. u.

His vocalibus repertis vocabula, quæ conſonantes habent percurro. In quibus ſunt: *9ϖ9.* collatum cum *9ϖθi.* quæ terminatur in (*-ova.*) Nulla præponi poteſt, quæ generet Latinam vocem, niſi (*N,*) ut (*9ϖ9*) ſit (*Non,*) & 9ϖθi, *nova*, & zθ9*n*, ſunt. 9ϖz. *nos*, & (69) *in.* Hoc inventum (*N*) deleo. Charactere ejus ſuprà poſito. Ex conſonantibus habeo:

S. T. N.

Tranſeo dehinc ad voculas 8ς. zθ8. 8ςϖ. ςθ8. 618. θ9θ8. 8ς18. quæritur quæ littera ſignificetur per characterem (8.) Reſpondeo nullam niſi (*M*) ut (8ς) ſit *me.* zθ8 *ſum.* (8ςϖ) *meo.* (ςθ8.) *eum.* 618. *jam.* θ9θ8. *unum.* (8ς18) *meam.* Auctum itaque eſt Alphabetum τοῦ *M.* quod deleo in Alphabeto. Quatuor conſonantes:

M. N. S. T.

Aſſumo

Aſſumo dehinc alia vocabula: ☿62. 86☿6. ☿153. harum dictionum habeo omnes, præterquam characterem ☿. qui eſt (*H.*) cum nulla præfigi queat, ac interponi, ut Latina prodeat vocula. Eruuntur itaque τὸ *his* & (*mihi*) & *hac*. τῷ *H.* invento aggredior voces ☿ϖ3. & ☿θ93. τὸ (3) character eſt *C.* non alia, quod percurrenti & poſtponenti omnes Alphabeti litteras manifeſtum erit.

Hasconſonantes adjungo aliis:

C. H. M. N. Q. S. T.

Ab hoc tranſeo ad τὸ (4.) in voculis 64. 45. 4θϖ. 8ϖ4ϖ. in quibus voculis unica tantum nempe τὸ 4. adhuc latet, eaque nulla alia niſi (δ) cùm ſola præfixa latinam pariat vocem, ut vocabula emergant ea. 64. *id* (45. *de*) (4θϖ. *duo.*) (8ϖ4ϖ. *modo*) Hoc *D.* inventum annoto:

C. D. H. M. Q. S. T.

Accedo ad (θη1δ.) ſola ultima reſtat, eſtque *R* & ſonat (*utar,*) ex hoc fluit (δϖΓϖ.) (*ro-o*). penultimus character eſt *G* & eſt *rogo.* Nulla enim interponi poteſt, ut ſolida edatur dictio:

C. D. G. H. L. M. N. Q. R. S. T.

Nota quotiens litteram inveniſti, eam delere debes in Alphabetho ad manum in ſchedulâ jacente, quod ſæpiùs monuimus. Jam enucleavi characteres ſequentes:

Vocales.

a.	*e.*	*i.*	*o.*	*u.*
1.	5.	6.	ϖ.	θ.

Conſonantes.

c.	*d.*	*g.*	*h.*	*m.*	*n.*	*q.*	*s.*	*t.*	*r.*
3.	4.	Γ.	☿.	8.	9.	γ.	z.	η.	δ.

Sunt

Suntnumero quindecim, ut reſtent adhuc quatuor, cùm novendecim fuerint numerati characteres. Latentes hi ſunt: 2. §. ϱ. ☿. quam litteram repræſentet character (☿,) conſtat ex vocula ☿536. nempe τὸ *F.* ut emergat *feci*, character (§) in voculâ 6§§6. eſt *L* ut prodeat: (*illi*,) character (ϱ) in voce (1ϱθ4) denotat *p* ut oriatur: (*apud.*) Reſtat ſolum (2) character, qui ſolus non eſt in voculis exſcriptis, videturque aliquoties in Scripturâ occulta e.gr. in δ5zθz. quod vocabulum ſonat *rebus*, ut *B* ſit inventum, quæ ſola ſupererat: Atque Alphabetum ita ſtet:

B.	*C.*	*D.*	*F.*	*G.*	*H.*	*L.*	*M.*	*N.*	*P.*	*Q*	*R.*	*S.*	*T.*		
2.	3.	4.	☿.	Γ.	✂.	§.	8.	9.	ϱ.	γ.	δ.	z.	η.		

Vocales.

a.	*e.*	*i.*	*o.*	*u.*
1.	5.	6.	ϖ.	θ.

Characteres, omnes cogniti, ſuperſcribi debent epiſtolæ, & ita ſolvitur ſcriptum. Hic vides, Benevole Lector, ut procedere debeas in ſcripto prolixo, quo continetur (*Q.*) Ex hypotheſi loquor. Et eſt hæc via compendioſisſima, quâ epiſtolam ex tempore, puta ſi quinque, ſex, vel ſeptem fuerit litterarum, ſolvere potes. Idem obſervandum tibi eſt in Gallica Linguâ. Sed jam accedamus ad alteram viam, quæ ſolidius incedit, neque ex hypotheſi τοῦ *Q* ſequelam vel conſonantium, vel vocalium infert, ut ſuperior via agit. Hâc apodicticè demonſtrabimus omnes & ſingulas litteras hujus epiſtolæ, determinatèque oſtendemus, ſingulas Alphabethi litteras, quibus characteribus repræſententur. Quâ in re nullâ nitemur conjecturâ. Itaque

que ad rem eamus & exſcribamus omnes chara-cteres:

ꟼ.1.θ.4.3.ς.ϖ.8.ꭓ.δ.§.z.9.☿.6.η.γ.ρ.2.

Sunt numero novendecim. De ſingulis ſecundùm regulas meas ratiocinium inſtituo & dico,

1. ꟼ. non eſt *F.* quia hæc littera non eſt penultima, ut ꟼ. character eſt in voce (δϖꟼϖ,) 2. non (γ) quia hæc littera non initialis eſt, ut character ꟼ. in primâ epiſtolæ voce. Ergò disjunctivè reliquæ omnes. 2. Character (1.) neceſſariò eſt vocalis, quia ſolitariè ponitur vocula: 125. Num. Ergò vel *à*, vel *è*, vel *i*, vel *o.* Eæ enim ſolitariè apud Latinos collocantur. Ex his autem nequit eſſe (*i*,) quia τὸ (6.) eſt (*i*,) ut infrà evincitur, ergò vel *a*, vel *e*, vel *o*, ubi ſiſtimus pedem. Character tertius θ. per ἄρσιν non eſt *a*, quia τὸ θzθz. ſignificaret (*aſas*,) cùm z. ſit (*s*,) ut demonſtrabitur infrà: non *b. c. f g. l. p* z. quia hæ litteræ non ſunt initiales in voculis duarum litterarum (2.) non *d.* quia (*d*) non ſequitur geminatam litteram juxta regulam quintam antecedentem, quod in hâc epiſtolâ fit in verbo Num. (42.) ubi τὸ geminatum (zz.) ſequitur (θ,) quæ ideò nequit ſuſtinere vicem τοῦ *D.* (3.) non eſt *E.* probaturque ex vocabulo centeſimo nono, quod ita ſcriptum eſt: (θzθz.) ſi prima eſt (*E.*) ultima etiam, eſt *E.* & τὸ z. infallibiliter conſonans, idque ex voculâ (142.) Num. nempè 66z. cujus geminatæ initiales neceſſariò ſunt vocales, & quidem (*i* duplex.) Jam percurro Alphabetum interponoque tàm vocales, poſito quòd z. vocalis ſit, quàm conſonantes, *b. c. d f. g. h. l. m. n. p. q. r. x. z.* & pronuntio, quod, quæcunque conſonans ſit τὸ z. abſurda enaſcatur vox; quid enim

enim eſt, *ecec, eded, efef, egeg*, &c. Vocalis interponi nequit: cùm non dicamus *eaea, eies*, &c. Ergò τὸ (ϑ) non eſt (*E.*) Non eſt *H.* (1.) quia *H.* non eſt in voculis duarum litterarum initiale, exc. (*hi.*) ſed τὸ (ϑη) nequit ſignificare (*hi,*) quia character (η) non eſt (*i.*) Sed character (6.) in voculâ (66z.) ut infra demonſtrabitur. Dein τὸ (ϑ) non eſt (*H,*) quia inter duo *H.* non eſt unica tantùm littera, quod videtur in vocabulo 62. Num. (ϑ9ϑ8.) Neque eſt (ı,) quia τὸ (6.) character eſt (*i.*) Neque *M.* ob voculam (8ʒ.) (9π99ϑ§§1.) Si τὸ *M.* denotatur per (ϑ) tunc antecedit geminata & ſequitur. Geminata illa antecedens non eſt *E.* juxta reg. τῦ *E.* primam: *Non eſt initialis ac geminata*: Sequens §. neceſſariò vocalis, ut demonſtrabimus, vid. reg. ſeptimam τῦ M. *Si geminatam ſequitur, antepenultima aut finalis eſt.* Hîc ſequitur geminatam, neque tamen antepenultima aut finalis eſt. Ergò τὸ (ϑ) non eſt *M.* neque ulla exceptarum locum poteſt habere. Dein ex voculâ (ϑzϑz.) τὸ z. eſſe conſonam extra dubium eſt, idque probabimus; Poſito hoc, imò evicto, nempe τὸ (z.) eſſe conſonam, τὸ (ϑ) non poteſt eſſe (*M,*) quia emergeret dictio latina vocali deſtituta. Ex eâdem ratione non eſt *N. O.* quoque non ſignificari poteſt per characterem (ϑ.) Quod probamus ex voculâ (ϑη.) Si (ϑ) eſt (*o*) τὸ (ϑη) ſignificabit aut (*ob*) aut (*os*) aut (*oh.*) Non *ob*, quia τὸ η character non eſt (*B.*) quia *b.* non eſt finale, quod fit τῷ (η) in vocabulo Num. (82) & aliis. Non (*os*) quia τὸ z. eſt *s.* ut videbimus Non *oh.* quia τὸ η, non eſt η. τὸ (ϑ) non eſt *Q.* ob multas rationes: Partim quia τῷ *Q.* ſequuntur duæ diverſæ litteræ, quod non fit in voce Num. (61.) Partim quia (ϑ) eſt penultimum hâc in

epiſtolâ,

epiſtolâ, quod τῷ *Q.* repugnat, partim quia *Q.* non eſt in voculis duarum litterarum, &c. Tὸ(θ) non eſt (*R*,) primò propter voculam Num. (13.) zθ9ν. ſi τὸ(θ) eſt *R* τὸ(θν) erit (*re.*) ſi hoc, tunc vocula zθ9ν. incipiet ab (*S.R.*) z. enim eſt *s*. extra controverſiam. vid. characterem z. ejusque ratiocinium. Secundò ex vocabulo Num. (109.) Si τῷ (θzθz) prima eſt (*r*) erit vel *rara*, vel *rere*, vel *roro*. Alia latina verba dantur nulla. Sed nullum horum applicabile eſt; Non *rara*, quia z. geminatur in (5zz5.) quod τῷ *A.* litteræ adverſatur. Neque (*rere*,) quia, quamvis *E.* geminetur, non tamen geminatur ab initio, ut hic in 66z. fit. nec (*o*) ob eandem rationem. Neque eſt (*s*) ob voculam ſuprapoſitam (θzθz.) quæ denotaret: *ſaſa*, *ſeſe*, *ſiſi*, *ſoſo*, *ſuſu*, quæ omnes ob barbariem ſuam excluduntur, excepto τὸ (*ſeſe*,) quod quidem latinum eſt, verum nihilominus expungendum, eò quod character z. non ſit (*e*) vocalis, ſed certiſſimè conſona. Non eſt (*T*,) propter jam crebrius repetitam vocem (θzθz.) aut enim ſignificabit, *tata*, *tete*, *titi*, *toto*, *tutu*. *Tete* atque *toto* ſolùm latina ſunt, neque tamen applicari poſſunt, non (*toto*,) quia (z) non eſt (*o*,) neque (*tete*,) ex eâdem ratione. Tandem τὸ (θ) nec ex *x*, nec *y*. partim quia *y*. non eſt initiale in Latinis vocibus; Partim quia non eſt in voculis duarum litterarum. Neque *x*. Primò quia *x*. non occurrit bis, quod hic accidit in τῷ (θ) voculâ Num. (109.) Secundò quia inter duo *x*. juxta reg. 3. τῷ *x*. non eſt unica tantum littera. Unde τὸ (θ) in vocabulo θzθz. non eſt (*x*.) ob medium terminum regulâ tertiâ τῷ *x*. indicatum.

Relinquitur ergò per remotionem ſufficientem, quòd

quòd character *θ* ſit neceſſariò (*u*,) reliquis omnibus excluſis, per ratiocinium infallibile invictiſſimè probatum.

Character quartus eſt (4.) qui juxta regulas nequit denotare *a*, quia τὸ (6) eſt (*i*) nec dicatur *ja*, non *b.c.f.g.l.p.q.x.z.* quia hæ conſonantes præter alias rationes, non ſunt initiales in voculis duarum litterarum, quale hoc loco eſt (45.) Vocula numero (92.) non *E.* ob voculam 64. cujus prior eſt (*i.*) ut dicendum eſſet *je*, quod abſurdum. Non *H* quia hæc littera ſecundùm Regulam XII. litteræ (*H.*) non eſt finalis in voce quatuor litterarum: Exc. *prob.* Si (4.) eſt *h.* tunc vocula undecima (1ϱθ4.) notabit (*prob.*) quod impoſſibile quippe cujus primus character neceſſariò ob ſolitariam poſitionem eſt vocalis. Si vocalis, non erit conſonans; cujus tertius character (θ.) non eſt (*o*,) ut ſuprà oſtenſum. Dein præciſo τῶ (1ϱθ4.) τὸ (4.) non poteſt repræſentare (*H.*) idque ex collatione vocularum 64. 45. 26. 662. Si τὸ (4.) eſt (*H.*) vocula (45.) notabit *hi.* Si 64. notabit (*ah*,) vel *oh*, nulla enim bilittera eſt, quæ finalem habet (*H.*) niſi *ah* & *oh.* τὸ (26.) deſineret in (*sa*,) quia τὸ z. neceſſariò conſonans (*s*,) eſt. Ulterius: Si vocula (45.) habet initialem *H.* ſignificabit (*hi*,) Si (*Hi*) τὸ (6.) non erit vocalis (*i*,) quod abſurdum. Ergò τὸ (4.) non erit *H.* Nec vocalem *i.* repræſentat, quia τὸ (6.) eſt *i.* Non *M.* quia *M.* non terminat dictionem latinam διγράμματοι, ſeu bilitteram. Neque enim pronuncio: *am, em, im, om, um.* Neque τὸ 4. eſt (*o*,) idque ex collatis vocc. 64. 45. probatur. Si 4. repræſentat litteram (*o*,) vocula (45.) ſignificabit vel *ob*,

vel *os*, vel *ob* Non (*ob*,) quia τὸ (5.) non eſt (*b*.) vid. infrà. Non *os*, quia non (5.) ſed z eſt *s*. ut patebit. Non *ob*, quia ſequeretur τὸ 5. eſſe *H*. Non (*u*,) ex collatione τῶ vocc. 64. & 45. ſolidisſimè autem ex (162.) Si τὸ 64. notat *tu*. (Alia enim nulla definit in *u*. bilittera,) vocula (45.) repræſentat (*vi*,) ſed hoc repugnat; cùm non τὸ (5.) ſed character (6.) ſit (*i*) ut ſæpè diximus. Tandem τὸ (4.) non eſt (*y*,) quia hæc littera non initialis eſt, nec finalis in voculâ duarum litterarum. Superſunt ergò per θέσιν collocandæ litteræ disjunctivè *D.N.R.S.T.*

Quintus character eſt 3. de quo judicamus ex regularum præſcripto: negativè non eſſe *F.G.P.Q.Z.* quia hæ abſolutè non finiunt voculam latinam, quod tamen cernitur in charactere (3.) in voce (39.) (68.) (158.) Non (*B*,) quia B. in voculis quadrilitteris non eſt finale Reg. vid τῶ *B*. ſeptimam. Non *D*. quæ non claudit dictionem τετραγράμματον, *apud*, *haud*, *quid*, *quod*. Quorum nullum poteſt ſignificari per vocabulum Num. 68. (ꭗ 153.) neque Num. (158.) vocab. ꭗ 693. non apud, quia character (1.) non eſt *P*. neque τὸ (6.) ſit *P*. ut evictum. Non *haud*, quia character 5. non eſt (*u*,) neq; character (9. ſit *u*,) characterem (5.) non eſſe (*u*,) probatur ex collatione vocularum (5*u*.) & 85. 45. ſi character (5.) eſt (*u*.) tunc neceſſariò τὸ (*u*) erit vel *T*. vel *i*. & ſignificat *it*, vel *ut*, vel *vi*. Cæterùm characterem (5.) non eſſe (*u*,) oſtenditur ulterius, quia alias (85.) & (45.) terminaret in *u*. quod abſurdum eſt, cum ſola vocula (*Tu*,) apud Latinos terminetur in (*u*,) unde quaſi ſyllogiſticè ita procedo: Si τὸ (5.) eſt character (*u*,) tunc (*u*) in voce bilitterâ bis eſt finale. Sed

poſteriùs,

poſteriùs, eſt abſurdum. E. & prius. Neque in τῶ ♄θ93. characterem *(θ.)* eſſe *p.* jam probatum, vid. ſuprà. Non *(quid,)* vel *(quod,)* ex eâ ſolâ ratione, aliàs enim omitrimus, quia character (♄.) antecedit diverſas. Si eſſet *Q* præiret ſemper idem eundem, quod hic ſecus ſe habet. Neque character *(3)* eſt *H.* quia *H.* non eſt finale in dictionibus quatuor litterarum, juxta Regulam duodecimam τῶ *H.* niſi in *prob.* quæ non poteſt repræſentari per (♄153.) neque (♄θ93.) ſi prius eſt *prob,* tunc ſecunda eſt *R.* nempe character *(1.)* qui ſolitariè ponitur. Unde argumentor: Nullus character apud Latinos, (nota benè, ſecus enim ſe res habet cum aliis linguis,) ſolitariè poſitus eſt Conſonans. Subſumo: Character *(1.)* ſolitariè ponitur. E. non eſt conſonans. Si non eſt conſonans, non erit *R.* Neque, poſito characterem (1) non ſolitariè occurrere in voculâ numero *(125.)* τὸ *(1.)* eſſet *R.* idque eò, quia vocula *(51.)* ſonaret *(or,)* ex hypotheſi τὸ ♄153. eſſe *(prob,)* quod *(or,)* non gignit Latinam dictionem. Si poſterius nempe ♄θ93. denotat *(prob.)* τὸ *(θ.)* eſt *R.* & conſequenter vocula numero (109,) θzθz. primam & penultimam habet *R.* ſecundam & ultimam neceſſariò ut demonſtrabitur, conſonam; ut conſequenter à poſteriori τὸ *(θ.)* nequeat eſſe vicaria τῶ *(R)* Denique τὸ *(3.)* non eſt *(y.)* cùm quia *(y.)* non eſt initiale, cùm quia non eſt finale, quod utrumque in charactere *(3.)* eſt videre, neque *z.* quia hæc littera non eſt finalis, ut hic τὸ *(3)* deprehenditur; Tandem quia *z.* bis non occurrit in unâ voce, vid. Reg. 2. τῶ *z.* Eadem ratio excludit τὸ *(x,)* juxta Regulam ſecundam,

quæ ita concepta eſt: *Non occurrit bis, niſi ſit ſecunda dictionis littera.* Relinquitur ergò disjunctivè character (3) eſt *a.e.i.o.u c.l.m n r.s t.*

Sextus character eſt (5.) de quo aſſevero negativè. Non eſt *b.* tùm quia juxta regulam primam hujus litteræ τὸ *B.* non eſt initiale, ſecundâ & tertiâ eâdem: Exc. *baaras, beem*, &c. Jam infero (5) characterem ſequuntur in vocibus Num. (54. 132. 153.) geminatæ ☿ ☿. zz. &c. Ergò non eſt (*B.*) Excipis multa eſſe vocabula excepta, quæ ſtent ſub Regulâ *B* primâ applicabilia. Reſp. Nullum quadrat. Non *baaras, beem, bijugus, bootes, boo*, tùm propter exceſſum litterarum; tùm propter defectum, ut conſequenter voc. (54. numero,) (& 132. num.) 5225. non poſſit eſſe *baaras, beem*, vel ex ſolâ hâc ratione, quia reſultaret vocula *beeb.* quæ prorſus abſurda. Sed præſcindamus characterem (5.) non occurrere in ſcripto hoc, ut ſequatur geminata, & Regula hæc applicari poſſit, aliâ ratione tamen oſtenditur τὸν (5.) non eſſe *B.* & hoc ex Regula ſecunda litteræ *B.* ita formata: *B. non eſt initialis in voculis duarum litterarum.* Si hoc τὸ (5.) non eſt *B.* quia eſt in voculis duarum litterarum initiale in 51. 5 n. voculis. Syllogiſticè ita in mente progredimur. Nullus character initialis in voculis duarum litterarum eſt *B.* character (5.) eſt initialis in voculis duarum litterarum. E. character (5.) non eſt (*B.*) Major nititur veritate canonis ex idiomate Linguæ Latinæ deſumpti. Pateque non dici: *ba, be, bi, bo, bu.* Minor eſt epiſtolæ, ubi repeRiuntur 5 n. 51. voculæ bilitteræ. Sed & hâc ratione præciſâ, ex ultimâ tamen regulâ probare poſſum τὸ (5.) non eſſe (*B.*) nempè ex Regulâ τῆ *B.* ſeptimâ;

mùs *B* non eſt finalis in Latinis verbis. Subſumo: Character (ſ.) eſt finalis in epiſtolâ hâc. Ergò character (ſ.) non eſt *B*. Opponis: *B.* eſſe finale, in *ab*, *ob*, *ſub*. Reſpondeo, nullum horum quadrat, cùm ſint vocabula octo litterarum & plurium, quæ finiunt in (ſ.) ex quo conſtat, non poſſe ea verba ſignificare *ab*, *ob*, *ſub*, duabus, tribusque litteris conſtantia: ſecundò character (ſ.) non repræſentat (*c* (Primò, quia juxta Regulam ſecundam Litt. *C.* τὸ *c*. *Non eſt in voculis duarum litterarum.* Exc. *ac.* quæ tamen excepta vocula non poteſt per ſ₉ ſ1. repræſentari, quia non dico *ca*, *ce*, &c. quod tamen deberem dicere ſi τὸ (ſ.) eſſet *c.* ſecundò character (ſ.) non eſt *c* juxta Regulam tertiam τῆ *C.* quæ ita ſonat: *C. non occurrit ter in dictione niſi geminetur aut initialis ſit.* Subſumo in dictione (45. numero,) τὸ ſ. ter occurrit. Ergò. Neque exceptiones: *Architectonicus*, *incircumciſus*, *incircumſcriptus*, &c. applicari poſſunt, cùm in nullo horum vocabulorum *c.* ſit ſecunda, ſexta, & ultima, ſicut in (δſ3θ₂ſδιδſ) Tertiò τὸ (ſ.) non eſt (*c*) propter voculam (ſzzſ.) ſi τὸ (ſ.) eſt *c.* vocula hæc ſignificaret, (*caac*, *ceec*, *ciic*, *cooc*, *cuuc*,) quæ ſingula abſurditate ſuâ epiſtolâ expelluntur. Quartò τὸ ſ. non eſt *c.* ob Regulam octavam *c. Non eſt finalis in verbis plurium quàm ſeptem litterarum.* Atqui τὸ (ſ.) character in vocabulo decem litterarum, nempè numero (45.) eſt finale. Ergò non eſt *c.* objicis: Multas eſſe exceptiones in Regulâ octavâ, quæ applicari poſſint, quales ſint: *aſſuefac*. *frigefac*, *interdic*, *introduc*, *quatefac*, *ſatiſfac*, *ſuperduc*, *transduc*, *circumduc*, *contradic*, *pinguefac*, *præterduc*, *ſuperinduc*, *ſuperindic*; Sed ajo nullum exceptum vocabulum

bulum accomodari citra abſurditatem poſſe, partim, quia numero litterarum deficiunt tantumque octo novemq; litteris conſtant, cùm è contra vocabulum quadrageſimum quintum decem gaudeat litteris: Partim ſi numero litterarum pares eſſent dictiones, quales deprehenduntur in exceptis *præterduc, ſuperinduc, ſuperindic.* tamen propter ſitum litterarum inidonea ſunt, quia in vocabulo (45. numero,) character (5.) quem *c.* eſſe ſuppono, ſecunda, ſexta & decima ſunt eædem, ut *c.* ter occurrat, in exceptis autem verbis *c.* tamen ſemel occurrit, ut eâ de cauſa non conveniat, ſitu & ordine litterarum & conſequenter excludat tria vocabula numero quidem litterarum paria, ſed ſitu & ordine differentia.

Quinto characterem (5.) non eſſe *c.* ſignificativam probatur ex regulâ nonâ τȣ̃ *c. Non eſt finale in verbis geminatam habentibus.* Si *c* non eſt finale præcedente geminata neque character (5) erit *c.* quia in vocula (5zz5) nec non vocabulo (54. numero,) dictionem terminat præeunte geminatâ, illic (zz) hic (☿☿.) Nec poſſunt accommodari excepta vocabula: *addic, adduc, illac*, partim quia excedunt numero litterarum voculam (5zz5) quæ quadrilittera eſt, partim quia etſi numero litterarum nempe τὸ *aſſuevac*, cùm τῷ (ς☿☿θɼςδς.) conveniant, ſitu tamen non conveniunt; quia in *aſſuefac* prima & penultima ſunt eædem, in ς☿☿θɼςδς. contra prima, ſexta & ultima ſunt ſimiles, quæ magna eſt inter duo vocabula differentia. Par eſt in vocula (5zz5.) & verbis regulâ nonâ τȣ̃ D. exceptis. Illa vocula reciproca eſt, contra nullum iſtorum eſt tale, ut taceam numero

ſuperari

ſuperari, ut ſuprà modo attigimus. Sexto character 5. non eſt *c.* ex Regulæ decimæ tenore. Argumentum ex eâ tale nectitur. *C. littera bis occurrens non eſt finalis.* Character (5.) bis occurrit. E. non eſt finalis. Vel *c. non initiale & finale in eâdem voce.* Exc. *condic, conduc, calefac, circumduc, contradic.* Ex quibus nullum accommodari poteſt vocabulo (54. numero,) quia numero litterarum deficiunt non tantùm, ſed & ſitu litterarum. In nullo exceptorum vocabulorum *c.* ter occurrit, niſi in *circumduc.* Sed quamvis ter occurrat præciſè, ſicut in vocabulo (54. numero,) non tamen eodem litterarum ordine, quia in (*circumduc,*) prima, quarta & ultima ſunt ſimiles; contra in vocabulo (54. num.) prima, ſexta & octava, ut taceam (*circumduc,*) ſuperare unicâ litterâ τὸ (ς☿☿θ◸ςδς.) quæ octo conſtat characteribus, & conſequenter litteris totidem. Cùm τὸ *circumduc* componatur ex litteris novem. Septimò demonſtro τὸ (5.) non eſſe (*c.*) ex Regulâ XI. τῦ quâ dicitur, *quòd non ſit ſecunda & quinta dictionis littera.* Si hoc verum eſt, character (5.) non eſt *c.* quia in vocabulo (38. numero,) eſt ſecunda & quinta. Vides, Amice Lector, quàm prolixum queat formari ratiocinium de unicâ tantum littera, ſi epiſtola fuerit longior, multiſque rationibus probare, quàm litteram character ſignificet. Sed nolumus adeò prolixi eſſe, contenti regulas tantùm attingere, unamque vel alteram afferre, non omnes percurrere. Tranſimus igitur ad *D.* & dicimus character (5) non ſignificat *D.* quia *D. non eſt finale ſecundùm Regulam X.* τῦ *D. ut ſit initialis ſimul* (z.) Non ſequitur geminatam litteram *D.* Ergò τὸ (5.)

quàm antecedit geminata non eſt *D*. Non *F. G. H. P. Q. X. Y Z.* quia hæ non ſunt finales in voculis duarum litterarum, ut hoc in ſcripto τὸ (5.) in (85.) deprehenditur; Nec ſunt initiales in voculis duarum litterarum, nec finales abſolutè. vid Reg. *F.* decimam, Reg. *G.* ſecundam & ultimam, Reg *H.* ultimam: Reg. ultimam τῦ *P.* ultimam in *Q* ultimam in (*y* & *z*) Taceo *f. g. h. p. q.* ob alias rationes excludi quoque F. quia nec eſt ſecunda, nec penultima dictionis littera. vid. Regulam ſecundam & nonam litteræ *F*, dein quia *F. G H. P. Q Y Z.* non ſunt initiales ſecundâ & tertiâ eâdem. vid Reg. quartam in (F.) Regulam primam τῦ *G.* Regulam ſecundam in *H.* Reg primam τῦ *P.* Regulam primam τῦ *Q.* Regulam primam τῦ *Y.* Regulam quartam τῦ *Z.* Par eademque ratio evincit τῶ (5.) non eſſe *L. N. R. S. T.* quia hæ non ſunt initiales ſecundâ & tertiâ eâdem. Exc. *luunt*, *liis.* vid. Reg. primam, τῦ *L. nuunt* in τῦ N Reg. 1. τῦ *N.* (*ruunt*) Regula prima τῦ (*R.*) *Tuus*, *tuum.* Reg. primâ τῦ (*T.*) quæ tamen excepta verba non habent locum, quia nullum eorum, eſt reciprocum, ſicut (5225.) Aliâ quoque ratione evincitur characterem (5.) non eſſe *L.* quia *L. non eſt in voculis duarum litterarum*, ut hîc τὸ (5.) eſt in voculis (51. 53.) neque terminat dictionem præcedente geminatâ. vid. ſecundam & undecimam Reg. τῦ *L.* dein quia juxta octavam τῦ *L.* Regulam *non eſt initiale & finale*, vel *bis occurrens non eſt finale.* confer vocabulum (54. numero.) Quæritur an character 5. ſit *M. S.* ex conſonantibus. Ut τὸ (5225.) ſignificet vel *meem*, vel *ſuus*, quæ ſunt reciproca quatuor litterarum. Dico neutrum, non prius, ſcilicet (*meem*,) quia character (5.) non

poteſt

poteſt ſubſtitutus eſſe loco (*M*,) quoniam ſequeretur τὸ (*M*.) eſſe finale in vocula (85) 45. quorum prius numero eſt trigeſimum, poſterius numero nonageſimum ſecundum, quod repugnat octavæ regulæ τῦ (*M*.) nemo enim dicit (*am*, *em*, *im*, *om*, *um*,) dein, quia ſi τὸ (5.) eſſet conſona, τὸ z eſſet vocalis, qualis non eſt, id quod demonſtrabitur infra in voce (66z.) numero 142. vocab. Tertiò ſi τὸ (5.) eſt conſona (*M*.) quomodo incipiunt voculæ (51.5n.) ſi τὸ (5.) eſt (*M*,) tunc τὸ (51.5z.) ſignificabunt vel *ma*, vel *me*, vel *mi*, vel *mo*, vel *mu*. *Ma*, *mo*, *mu*, Latinis inuſitata. Ergò per ſufficientem enumerationem erunt vel *me*, vel *mi*. Imò alterum erit *me*, alterum *mi*, ſed hoc repugnat. Si enim τὸ (5zz5.) notat *meem*, tunc character z erit (*e*,) non character (*i*,) neque (*n*,) & conſequenter utrumque erit (*mi*,) quod abſurdum, quia (*n*,) & (*i*,) ſunt diſtincti characteres, & per conſequens diſtinctæ litteræ. Tandem quoque (*ſuus*,) expungimus dicimusque τὸ (5zz5.) non repræſentare (*ſuus*,) partim quia vocula (109. Num.) abſurdam ederet vocem: ſignificaret enim *cucu*, *dudu*, *fufu*, &c. quæ omnia barbara ſunt extra controverſiam, partim quia ſi τὸ z. eſt (*u*,) vox (26) bilittera ſonaret vel (*ut*, vel *vi*,) tertia non datur. Si (*ut*,) tunc vox (127. Num.) 86zz6. defineret (iuui,) quæcunque præfigatur, abſurdam parturit vocem, ſi τὸ (26.) ſignificat (*ut*,) tunc (86zz6.) terminat in (-tuut,) vocabulum Latinæ Linguæ inauditum. Ergò, quia poſteriùs ἄτοπον, Erit quoque prius, nempe aſſumtum, τὸ (5zz5.) repræſentare ſuus; Partim denique quia τὸ (z.) non eſt vocalis, ſed neceſſariò conſonans. Si hoc τὸ (*ſuus*,) exulat.

Ex quo relinquitur ſcrutinio τὸ (5.) nullam eſſe conſonantem. Reſtant igitur Vocales *a, e, i, o, u,* (*y,*) quippe ſupra jam exploſum. Ratiocinor jam τὸ (5.) non eſſe (*a,*) vocalem ex collatione voculæ (51.) ultima nempe τὸ (1.) neceſſariò eſt vocalis, utpote ſolitariè poſita. Jam ſi vocalis, erit aut *a,* aut *e,* aut *i,* aut *o,*) ſi τὸ (5.) eſt *a,* tunc τὸ (51.) ſonabit aut *ai,* aut *ao.* Poſterius eſt abſurdum. Ergò & prius. Ergò τὸ (5.) non eſt *a.* Quæritur ſecundò, an ſit *i.* Reſpondeo negando; quia ſi τὸ (z.) ut demonſtrabimus ſuo loco neceſſariò eſt conſonans & τὸ (5.) ſupponitur *i,* vox exſurgeret 5zz5. *ibbi, icci, iddi, iddi, iffi, iggi,* &c. quæ omnes ſunt inconditæ barbaræque, præterquam τὸ (*illi,*) quod quamvis Latinum ſit, nequit tamen ſignificari per (5zz5.) quippe (z.) nequit eſſe *L.* per voculam (z6.) quæ inchoaret ab L, ſi (z.) eſſet *L.* id quod alienum. Eadem collatio arguit τὸ (5.) non ſtare (*o.*) vice. Si τὸ (5.) eſt (*o,*) vocula (51.) incipiet ab (*o,*) τὸ (1.) character eſt aliqua ex vocalibus, (*a,e,i,*) ut conſtat ex ſolitaria, abſolutaque ejuſdem characteris collocatione (vocula numero 125.) Si, ut conſtat τὸ (1.) eſt vocalis: Vocula (51.) ſignificabit (*oa, oe, oi,*) barbara vocabula Latiniſque proſcripta. Non eſt *u,* quia *u, non eſt initiale ſecundà & tertiâ eâdem,* ut fit in vocula (5zz5.) Ergò neceſſariò erit per ſufficientem remotionem Vocalium Conſonantiumque *E.* Τὸ (5.) determinatè eſt *E.*

Sequitur ſeptimus character, cujus forma eſt Græc. (ϖ.) De quo affirmo categoricè: Non eſſe *F G P Q Z* quia hæ ſimpliciter non ſunt finales, vid. Regulas. Non *C.* quia *C. bis occurrens non eſt finalis,* juxta Reg. X. τὸ *C.* quod facit τὸ (ϖ.) in vocabulo

bulo (40. Num) ſi (ϖ.) eſt *c.* tunc *c.* eſt antepenultimum & ultimum, non ſine abſurditate & contrarietate Latinæ Linguæ. Non *D.* quia hæc littera non eſt finalis in vocula quadrilittera: Exc. *apud, haud, quid, quod,* quorum nullum ſignificatur per vocabulam 40 num. ($8\varpi4\varpi$.) in quo τὸ (ϖ.) ex meâ ſuppoſitione *(D.)* bis occurrit, cùm in reliquis ſemel tantùm obviet. Non *(b.)* quia hæc littera in quadrilittero non finale eſt, imò in hiſce tantùm: *ab, ob, ſub.* Eadem ratio excludit τὸ *H.* quod tantùm finit vocem, *ab, vah, proh,* quæ non queunt ſignificari per ($8\varpi4\varpi$.) quia *(H.)* bis obviaret. Non *L* quia in ($8\varpi4\varpi$.) bis occurrit & finale eſt, quod τῷ *L.* juxta Regulam ejus octavam adverſatur. Non *M.* quia ſi confero voculam ($8\varpi4\varpi$.) numero 40. cum $\theta\varpi$z. epiſtolæ tertià voce, cujus ultima eſt conſonans. vide Ratiocinium ſuper τὸ (z.) τὸ (ϖ.) eſt *(M)* & vocula ($\theta\varpi$z.) deſinet in (*mt,*) vel (*ms,*) præfixâ vocali, *a,e,i,o,u,* ut erit *amt, emt, imt, omt, umt.* Si (*s.*) erit, *ams, ems, ims, oms, ums.* Quas dictiunculas barbaries nota expungit. Ulterius, ne unâ tantùm ratione niti videamur ex collatione voculæ, (Num. 116.) $4\theta\varpi$. τὸ (4.) eſt vel (*a*, vel *i.*) Si τὸ ($8\varpi4\varpi$.) ſecundam tertiamque habet *(M,)* vox emerget vel *imum*, vel *imam* Sed neutrum, quia non character (8.) ſed (6.) repræſentat (*i,*) ſed ponamus neſcire me ſignificationem characteris (6.) Dico nihilominus τὸ ($8\varpi4\varpi$.) non habere *(M.)* idque eo, quia ſequeretur voculam ($4\theta\varpi$.) deſinere & terminare, ſi τὸ (4.) eſt *(a,)* in *(imam,)* ſi hoc: Vocula ($4\theta\varpi$.)

primam

primam ſortietur (*a*, tertiam *M*,) illatinum verbum. Si: (*imum*,) vocula (4θϖ.) primam accipiet *u*. Secunda latet, tertia eſt M, ut neceſſariò emergat (vim.) Accuſativus à vis. Sed ex ὑποθέσει, ſi τὸ (ϖ.) eſt *M* eſt τὸ (8.) littera (*i*,) ſecundùm Regulam decimam τῆ *M*. Si hoc, tunc (8.) erit (*i*,) non (θ.) quem tamen pro (*i*,) in vocula (4θϖ.) cogor habere. Neque τὸ (ϖ) eſt (*N*.) Argumentum eſt, quia Littera *N*. juxta Regulam octavam τῆ *N*. *non eſt ultima in utraque medietate.* Si hoc, tùm (8ϖ4ϖ.) non habebit (*N*.) quia eſt ſecunda & quarta, & conſequenter media in utraque medietate. Secundum Argumentum petimus à voce (9ϖ99θ§§1.) Si ſecunda eſt *N*. prima τὸ 9. neceſſariò vocalis exiſtet. Non *a*, non *o*, non *e*, quia ha non ita geminantur. Nec *u*. propter eandem rationem. Ergò τὸ (*i*,) reſtat, ut ſit *injiſti* vel tempus ab eo deſcendens; Nullum autem cùm applicari poſſit, concludimus τὸ (ϖ.) non repræſentare *N*. Tandem non eſt *S*. *T*. ob vocabulum (Num. 83.) prima vocalis eſt, ſi τὸ (ϖ.) eſt conſonans (*S*. vel *T*.) Ergò vel *e*, vel *i*, *o*, non dico: *Eſee*, &c. non *Iſis*, non *Oſoo*. (*uſuum*) quidem Latinum eſt, ſed deficit numero Litterarum. Non *Q*, quia ſequitur diverſa in voculis θϖ2. γθϖ4. Conſonantibus remotis pleriſq; Vocales aſſumo, & dico, ſi character (9) eſt conſonans, quod oſtendetur inferius, τὸ (ϖ.) erit vocalis. Non (*a*) quia quæcunq; præ vel poſtponatur nullam latinam parturit vocem. Si (*E*) tunc pariter illatina emergit vox, ſi τὸ (*i*) ſit in medio, nulla reſultat latinæ originis vox, niſi ſis. Si (*o*) enaſcitur (non,) (*tot*,) ſi (*u*) ùm erit (*ſus*.) Hæc ſola ſuperſunt examinanda,

da, de quibus examine peracto pronuncio. Tò (9.) non denotare *S.* propter vocem (83.Numero,) non *tot.* quia T. non initiale ac geminatum eo ordine, quo (9.) conſpicitur in vocabulo (83.) non *uſu.* quia (9.) non eſt (*u*,) ut demonſtrabitur. Ergò. *Non.* Cujus primam & tertiam eſſe *N.* infra oſtendemus. Eſt ergò τὸ (π.) determinatè O. litera.

Octavus character (8.) non eſt *B. F. G. H L. P. Q. X. Z.* tùm quia τὸ (8.) eſt initiale in vocula duarum litterarum num. 23. tùm quia (8.) eſt finalis in verbis Latinis duodecim litterarum, quæ rationes excludunt τὸ (8.) à vi repræſentativa τῦ *B. F. G.* ubi monendus eſt Lector, quinque, ſex, ſeptem rationes quandoque afferri poſſe, demonſtrativas, characterem hunc vel illum non eſſe hanc vel illam litteram, ut hîc loco probare poſſum τὸ (8.) non pro (*F.*) ſubſtitutum rationibus multis. Prima juxta primam Regulam τῦ *F.* τὸ *F. non eſt in voculis duarum litterarum*; ſtante hâc regulâ, τὸ (8.) non eſt *F.* quia in τῷ (85) eſt initiale. Juxta ſecundam, quâ dicitur (*F. non eſt ſecunda dictionis littera,*) nequit τὸ (8.) ſuſtinere vicem τῦ *F.* quia in voce Num. (65.) ſecunda eſt ab initio. Juxta tertiam, quæ hæc eſt: *F. non occurrit bis niſi geminetur aut initiale ſit* character (8.) Non ſuppoſitus eſt pro *F.* quia in vocabulo (80) Num. bis occurrit, imò finale ſimul, quod repugnat litteræ *F.* vi Regulæ decimæ τῦ *F.* Juxta Regulam ſeptimam character (8.) non eſt (F.) quia *F. non ter occurrit in voce*, quod hic de τῷ (8.) in vocabulo (80. num.) obſervatur. Juxta nonam, quia (8.) in vocab. Num. (150) eſt penultimum nequit ſupponi pro *F.* Hic puto, videt Lector, removeri quandoque characterem ab officio ſignifi-

ſignificandi litteram determinatam ex multis ratio-nibus. Quo ipſo oſtenditur, quanta ſit regularum noſtrarum utilitas, ſimul ſoliditas, quam hactenus nemo præſtitit. Pergimus & affirmamus categoricè: Character (8.) non ſignificat (*N.*) Primò quia *N. non eſt initiale & finale ſimul*, ut hic τὸ (8.) obſervatur in voculâ 8518. Num. 120. Excipis plurima eſſe vocabula excepta ſub regulâ litteræ *N.* ſextâ. Reſp. nullum quadrare poteſt, ſed excluduntur omnia ob multitudinem exceſſumque litterarum, quia excepta quinque, ſex, ſeptem, &c. litteras continent. Inſtas, & ſi cœtera expungantur, ſupereſſe tamen adhuc *Neon*, quod reſpondeat quoad numerum litterarum præcisè quaternarium τῷ (8518.) ſed nec hoc per hos characteres repræſentatur, quod confirmatur ex collatione voculæ (618.) ſi τὸ (8518.) denotat (Neon,) tunc (8.) eſt *N.* (5. eſt *E.*) 1. eſt *o*, & per neceſſariam connexionem & ſequelam vocula (618.) terminatur in on, primâ nondum inventâ. Ex conſonantibus illa nulla eſſe poteſt, tùm quia Τὸ (6.) in 662. voculâ Num. 142. ab initio geminatur, quod Latinæ Linguæ inſolitum, nullam ab initio geminanti conſonam, ut Hiſpani faciunt; tum quia præciſo τὸ (662.) poſitoque non exiſtere in Scripturâ, (neque enim τὸ iis, in quâlibet epiſtolâ occurrit,) ſi τὸ (6.) eſſet conſonans, abſurda prodiret vox (618.) *bon, con, don, gon, fon, lon, mon,* &c. Sic percurrendo omnes conſonas Alphabeti, ex conſequente abſurdo τὸ (6.) non poteſt repræſentare conſonantem. Hîc enim ſyllogiſmus eſt: ſi τὸ 6 in (618) ſignificat conſonam, tunc 618. denotabit con, bon, don, &c. ſic poſterius eſt abſurdum. E. & prius. Excipis, quamvis conſonans non repræſentetur

tetur per (*6.*) non tamen ſequi non eſſe Vocalem. Reſp. Non eſſe vocalem, *a, e, o, u*, quia non dicitur *aon, eon, uon, oon*, quæ barbara ſunt & incondita. Solum *i.* reſtat, ut ſit vocula (*Jon,*) unde *Jones*, Aſiæ populi. Sed & hic affirmo τὸ (618) non repræſentare voculam (*Jon,*) idque ex collatione (127. vocab. Num.) 86226. Si τὸ (8.) eſt *N.* τὸ 6. eſt (*i,*) tunc hæc dictio pronunciabitur *nicci, nibbi, niddi, niffi, niggi*, &c. quamcunque Alphabeti litteram τῷ 6, poſtponas, vox emerget inſolens. Experiatur Lector ipſe & interponat ſingulas conſonantes, vocalesque geminabiles, & me vera dixiſſe deprehendet. Neque enim conjecturis nitimur. Itaque τὸ (8.) non eſſe *N.* jam confirmatum eſt ſatis; Poteſtque ex abundanti adhuc aliter demonſtrari ex collatione vocab. (86.N.) nempe 859758. nec non (101. Num.) 81 7 603. item Num. 13. ubi τὸ (8.) dictionem inchoat & claudit. Dein aliâ adhuc ratione eâque novâ oſtendere poſſum τὸ (8.) non eſſe (*N.*) idque ex reg. 9. τῶ *N.* verba ſunt hæc: *N. ſi ter in dictione occurrit, non eſt finale.* Hæc eſt Propoſitio Major, Minor: Atqui τὸ (8.) in voculâ (80. Num.) bis ante finem ponitur. Ergò τὸ (8.) non eſt *N.* Exceptiones Regulæ nonæ τῶ *N.* accommodari hîc nequeunt; partim quia numero litterarum præciſo non conſentiunt, vel excedendo, ut: Conſtantinopolin; vel deficiendo, ut reliqua omnia, quorum nullum undecim litteris, ſed paucioribus conſtant; partim quia ſi numero litterarum præcisè convenirent, ſitu tamen & ordine differrent; Vocabulum enim (80. Num.) habet quartam, ſeptimam & undecimam eandem, quod multo ſit aliter in exceptis vocabulis. Taceo ultimam nempe undecimam

decimam Reg. τȢ *N.* quod nimirum *non claudat latinum verbum, ſi tertia & quarta à fine numerando retrorſum littera eadem ſunt.* Hîc in epiſtolâ nempe (113.vocab.) τὸ (8.) dictionem finit tertiâ & quartâ à fine eâdem, ut apparet. Ergò non eſt *N.* Progredior dehinc & ajo τὸ (8.) non denotare (*o.*) Conferendo voculam (85.) cum 5225. & 66z. Si character (8.) eſt (*o*) τὸ (85.) ſonabit vel *ob*, vel *os*, vel *oh.* Hæc enim tantùm vocabula habent (*o* priorem,) τὸ 5. non eſt *b* quia *b.* non eſt finale, ut ſæpiùs hic de (5.) conſpicitur. Neque eſt (*s.*) quia ſi τὸ (5.) ſignificat (*s,*) τὸ (5z25.) eſt vocula (*ſuus,*) non enim dico (*ſaas, ſees, ſiis, ſoos.*) Sed z non eſt vocalis, verùm conſona, ut demonſtrabitur infrà. Non *oh*, quia τὸ *H.* non eſt finale, ut eſt τὸ 5. Ergò evincitur τὸ (8.) non eſſe ſuppoſititiam τȢ (*o,*) propter enaſcentia inde abſurda. Neque eſt *R.* quia τὸ *R.* juxta Reg. ſec. τȢ *R non eſt in voculis duarum litterarum initiale, Exc. Re.* Cœterùm τὸ (85.) quæ eſt vocula Num. 23. nequit ſignificare (*Re.*) Idq; probo ex ὑποθέσει inventi *Q.* quod exprimitur vicario charactere γ. vocula 64. Num. &c. Si 85. denotat (re,) vox γ850. terminabit dictionem in *quer.* vocabulum alienum. Ergò ex conſequente abſurdo prius quoque erit rejiciendum. Oſtendo (2.) præcisâ ὑποθέσει τȢ Q. nondum reperti ex collatione vocum 85. Num. 23. 8518 Num. 121. (86226) Num. 127. & voculæ 65 56. Num. 145. Juxta Regulam τȢ *R* tertiam; *Littera R non eſt in voculis trium quatuorque litterarum initiale & finale. Exc. rear. reor.* Jam quæritur, an τὸ (8158.) ſignificet *reor*, an *rear*; & ajo, quanquam ex dictione per ſe ſolâ conſideratâ non repugnet; tamen repugnare

ex

ex collatione cum aliis in epiſtolâ occurrentibus dictionibus inſtitutâ, quales ſunt (618.) cujus ultimæ deſinunt in *ar*. Si τὸ 8518. ſignificat (rear,) character (6.) primus character voculæ (618.) non eſt *b.c.d.g.h.l.m.q s x.y.z.* tùm quia quælibet harum litterarum præfixa inconditam producit dictionem: Nec enim dicimus, *bar, car, dar*, &c. tùm quia, ſi dictiones hæ latinitate gauderent, pleræque tamen primo loco ſtare nequirent, ſignificarique una earum per (6.) quia 6 neceſſariò eſt vocalis ex vocula (66z.) tùm quia præciſo vocabulo (66z.) & non attento, tamen poſſet evinci τὸ (6.) in (618.) nullam ex enumeratis conſonantibus eſſe ob vocabulum (86zz6.) ſi τὸ 8. eſt (*R.*) & (6) conſonans, quæ illa erit, ut juſta conficiatur vox. Excipis dari vocabula Latina deſinentia in *ar*, quæ conſonantem admittant, in voculâ *Nar.* Sed Reſp. τὸ 6. non poſſe eſſe conſonantem *N.* demonſtratur ex vocula (6§§6.) Si (6.) exiſteret *N.* tunc antecederet geminatam ſecundam & tertiam, quod eſt contra Regulam τῦ *N.* primam. Dein τὸ (8.) non eſſe *R.* demonſtro, quia ſequeretur vocabulum 86zz6. inchoare à τῷ (*rn.*) quo modo nulla incipit dictio. Ita vides, Benevole Lector, τὸ (8.) non eſſe *R.* Urges: ſi non *rear*, tamen *reor*, Indicativum Præſens ſtare poſſe. Reſp. Nequaquam, ſi ſit 8518. reor. vocula (618.) deſinet in (*or,*) primâ nondum evolutâ. Poſito, neſcire me (6.) determinatè eſſe vocalem. Ajo non eſſe conſonantem in voculâ, cujus duæ finales terminant in (-or.) quia quæcunque conſona præfigatur, abſurda exurgit vocula. Quis enim legit in Latinis Autoribus, *bor, dor, for, gor*, &c. Excipis: Cur non *cor; cordis.* Contrà non ſignificat vocula

618.*cor*, quia (*6.*) non eſt c tùm quia character hic in vocula Num. 120. initiale eſt in voculâ duarum litterarum, nempe (69.) tùm quia eſt initiale & finale in voce quadrilittera, nempe in (65 56.) tùm quia ſi τὸ (6.) & c & (8.) eſt *R.* vox (86226.) inchoaret à duabus conſonantibus, nempe *R C.* quod adverſatur Latinæ Linguæ. Prætereà non eſt *s.* ad cujus remotionem ſuppono primo ut ἐξαγώνιν τὸ (1.) characterem ſolitariè poſitum eſſe unam ex vocalibus *a, e, i, o, u*, enim apud Latinos non conficit vocabulum. Secundò characterem (5.) neceſſariò eſſe vocalem, ſi (8.) eſt conſonans *s.* ut τὸ 85. ſignificet vel *ſe* vel *ſi*. Reliquas enim bilitteras voculas ab *s*, incipientes inque vocalem aliam, quàm *i* & *e*, deſinentes ignorat prorſus Latinum idioma ſuppoſito igitur τὸ (8.) repræſentare (*s*,) tum vocula (8518.) deſinet vel in *ſias*, vel *ſies*, vel *ſios*, vel *ſeas*, vel *ſeis*, vel *ſeos*, quæ ſingula ob abſurditatem ſuam expungenda; ut taceam, τὸ (2) characterem eſſe (*s.*) ut infra demonſtrabitur. Tandem non eſt (*u*,) quod oſtendo ex eâdem voculâ (85.) collatâ cum (8518.) ſi 8. eſt (*u*,) vocula (85.) ſignificabit vel (*ut*,) vel (*vi*,) ſed neutrum quadrare deprehendes conferendo τὸ (85.) cùm τῷ (8518.) Hæc quippe dictio formaretur hoc modo: *utau, uteu, utiu, utou.* Si τὸ (85.) eſſet (*ut*,) cùm (1.) character ſit neceſſariò vel (*a*,) vel (*e*,) vel (*i*,) vel (*o*,) ſi τὸ (5.) ſignificaret (*i*,) hæc emergerent vocabula: *viau, vieu, viou.* Igitur, cùm poſterius ſit abſurdum, abſurdum quoque erit prius, & conſequenter τὸ (85.) non denotabit (*ut*, *vi*,) quæ ſola apud Latinos dictionem inchoant: Neque eſſe *T.* probamus ex (85.) quippe quæ bilittera dictio, ſignificaret vel *tu*, vel *te*, vel *Ti*, pro tibi, quod

quod antiquum eſt. Nullum iſtorum ſignificatur per (85.) ob voculam (8518.) in quâ ſuppono τὸ (1.) eſſe vocalium unam vel *a*, vel *e*, vel *i*, vel *o*. ut denotaret vel *teat*, *teit*, *teot*. ſi τὸ (5.) eſſet (*e*.) Non (*tu*.) quia (5.) non poteſt notare (*u*,) ob voculam (5225.) quippe cùm nulla dictio quadrilittera incipiat ab (*u*,) & deſinat in (*u*,) mediâ geminatâ, ut hîc fit. Neque (*Ti*,) ob eandem rationem, ob quam τὸ *Tu*, & *Te* exploduntur. Prætereà ex vocalibus τὸ (8.) nequit repræſentare *A*,*E*,*I*. Tὸ (8.) non eſt (*a*,) quia vocula (85.) denotaret *ab*, *ac*, *ad*, *an*, *as*, *at*. At nullum horum ſignificat, quia character (5.) non eſt *b*,*c*,*d*,*n*,*t*. idque ex comparatione voculæ (522;.) quæ apertiſſimè arguit τὸ (5.) nullam eſſe ex his. Non *E*. aut enim ſonaret vocula (85) *en*, *es*, & *ex*. Non (*en*,) quia aliàs τὸ (*N*) in voce (5225.) eſſet initiale & finale; vel initiale ſecundâ & tertiâ eâdem. Non (*es*,) quia ſequeretur τὸ (z) neceſſariò eſſe vocalem in vocula (5225.) & ſignificaret (*ſuus*,) quod repugnat, quoniam vocula trilittera (66z.) deſineret in (*iiu*,) barbaram vocem; Ulterius ſi (8,) eſſet (*s*.) & (6.) (*i*.) & (z.) *u*, quod neceſſariò fieri deberet, ſi τὸ (5225.) denotaret (*ſuus*,) vox (127. Num.) hanc ſequelam litterarum nanciſceretur (*eiuus*,) quod inconditum. Non (*et*,) ob voculam (5225.) quâ *T*. eſſet initiale ſecundâ & tertiâ eâdem. Non (*ex*,) quia *x*. non eſt initiale in voculis duarum litterarum, quod tamen videre eſt de charactere (5.) in voculâ (*5u*.) Non (*i*,) quia (85.) vocula ſignificaret disjunctivè unum ex ſequentibus, *id*, *in*, *ir*, *is*, *it*. Nullum denotat, quia *D*.*N*.*R*.*T*. non ſunt initiales ſecundâ & tertiâ eâdem, quæ forma hîc obſervatur in (5225.) Neque (*s*.)

ut (85.) ſonaret (*is.*) quia in vocula (5225.) τὸ z. neceſſariò eſſet vocalis, quod abſurdum ex collatione 66z. elucet. Excipis: τὸ (85.) poſſe denotare *ea, es, eo.* Reſpondeo: Nullum. Non: *ea*, quia reciprocum (5225.) ſonaret vel *aſſa*, vel *atta*; (z.) enim eſſe alterutrum horum conſtat ex (66z.) vel *iis*, vel *iis* ſignificans. *Atta* Latinum non eſt. Ergò *aſſa* relinquitur. Sed nec hoc quadrat ob vocem (86226.) ſi prima eſt (*e*,) tertia & quarta eſt (5.) ſi ſecunda & ultima eſt (1.) emerget vocula *eisſi*, barbarum extra controverſiam vocabulum. Non ſignificat (*ei*,) quia τὸ (6.) eſt (*i*,) non (*eo*,) quia vox (8518.) infallibiliter hunc litterarum ſortiretur ordinem, *eoao, eoio, eouo*, barbara & eliminanda vocabula. Non (*jo*,) quia τὸ z eſt (*i*,) ut ita peracto ratiocinio relinquatur τὸ (8.) characterem determinatè affirmativè eſſe τὸ *M.*

Nonus character ꭓ. non eſt *F.* quia hæc littera non eſt penultima in latinis verbis, ut de charactere ꭓ. hic obſervare licet. vid. Reg penultimam τῦ *F.* cujus exceptiones applicari nequeunt, quia earum nulla ſecundam & ultimam habet ſimilem, ut hîc (86ꭓ6.) cernitur. Non *Q* tùm quia (ꭓ.) eſt penultimum; tùm quia eum diverſi ſequuntur characteres; tùm quia non occurrit inter ſimiles litteras, vid. R g 8. 9. ſub littera *Q* quæ regulæ excludunt characterem ab officio repræſentandi litteram *Q.* quippe qui in vocabulo ſecundo epiſtolæ eſt inter ſimiles, in eodemque vocabulo antecedat characterem (5.) in (ꭓπʒ.) voculâ vigeſimâ τῶν (π.) qui diſtincti ſunt characteres, & denique ſit penultimus in voce (Num. 138.) Non *x.* quia *x.* non eſt initiale in trilitteris dictionibus. Nec *y.* quia planè hoc

non

non eſt initiale, niſi in quibusdam hic in applicabilibus. Tandem non z. quippe quæ littera juxta primam z. Regulam non occurrit in voculis duarum & trium litterarum. Exc. *aza, zea, oza.* Primum & ultimum repræſentari nequeunt per (♋ ϖ ʒ) quia in *aza*, & *oza* τὸ z. eſt ſecunda littera, & quæſtio non ſit de τῷ (ϖ.) ſed ♋, quæ tamen z. repræſentare nequit ob voculam 9ʒ. Num. ♋6z. quæ deſineret & ſonaret: *zea.* Jam, ſi τὸ (6.) eſt *E.* & z. (*a,*) tunc vocula (66z.) talem litterarum ſeriem illatinam ſortiretur: (*eea,*) ut ex conſequenti abſurdo τὸ ♋. non ſit z.

Ergò relinquuntur omnes litteræ præter

F. Q. X. Y. Z.

Promovemur jam ad decimum characterem, cujus figura eſt δ. Græcum, quo de quæritur, quid poteſtatis habeat. Dicimus: Non eſſe *F. G. P. Z.* quia hæ litteræ abſolutè in nullo vocabulo Latino finiunt, quod hic ſit (vocab. Num. 18.) Non *B. C. H. Y.* quia nullum horum eſt finale in vocabulo octo litterarum, cujusmodi eſt vocab. (Num. 18.) Excipitur, τὸ *quicquid* habere præcisè octo litteras, & conſequenter poſſe ſignificari per vocem §6259ₙ56. Reſp. nihil minùs; tùm quia ſitu litterarum ſibi contrariantur; cùm in *quicquid* prima & quinta ſint ſimiles, in vocabulo autem Num. 18. quarta & ſeptima eædem ſint: dein quia in τῷ *quicquid*, ſecundâ & ſexta, item tertia & ſeptima conveniant, eædemque ſint litteræ, quod multò ſit aliter in ſupra collocato vocabulo, in quo ſolùm quartus & ſeptimus character eâdem gaudent formâ facieque, cæteris omnibus diverſis. Accedit, quòd, poſito, ſi vocab. Num. 18. conveniret litterarum ordine ſi-

tuque, ſcriptumque eſſet hâc formâ: §625§62∂.nihilominus non repræſentaret *quicquid*; tùm quia character (§.) non eſt *Q.* ob multas rationes, ac indicia; tùm quia penultimum eſt in voce Num. ſecundâ; tùm quia geminatur voculâ (145. Num.) ut cœtera taceamus. Dein poſito τὸ (§.) poſſe eſſe Q. τὸ (5.) non erit (*c*,) quia in vocula (5η.) eſt initialis in voculis duarum litterarum. vid ſecundam Reg. *C.* Præterea conſtat ex voculâ (61. Num.) τὸ (∂.) non ſignificare (*D*) quia ſecunda eſt ab initio, & ſimul dictionem claudit, qualem ſitum ordinemque litterarum nec τὸ *aliquid*, nec *aliquod*, nec *nunquid*, in *D*. deſinentia, ſubque exceptionibus litteræ decimæ τȣ *D* comprehenſa, habent, ut primo quoque aſpectu cuivis apparebit. Non eſt *C*. partim quia littera *C*. juxta Regulam decimam τȣ *C*. *bis occurrens non eſt finalis.* Exc *condic*, *contradic*, &c. Si hoc: Ergò τὸ (∂.) in (ρ∂15η5∂.) non eſt *C*. Exceptarum nulla accommodabilis eſt, quia in exceptis littera *C*. eſt initialis & finalis ſimul, contra in vocabulo Num. (61.) ſecunda & ultima æquales, quæ eſt magna differentia, ut ſilentio prætercam excepta vocabula vel numero litterarum ſuperiora vel inferiora eſſe. Solo *calefac* excepto, quod tamen expungi debet ob ſitum litterarum differentem; partim quia *C non eſt finale in verbis plurium quàm ſeptem litterarum.* Ex hoc axiomate colligo τὸ (∂.) non valere (*c*,) quia in vocabulo Num. 18. octo litteris conſtante dictionem terminat. Exceptiones Regulæ octavæ τȣ *C.* ſubnexæ non quadrant; tùm quia ſex poſteriora excepta verba numero litterarum noſtrum vocabulum octo litterarum excedunt; tùm quia ſitu & ordine litterarum diſtin-

guuntur evidentiſſimè. Non eſt *L.* quia juxta Regulam τȣ *L.* nonam, *L. non occurrit ter, niſi geminetur.* Ex quâ Regulâ concludo τὸ (♂.) in voculâ (Num. 90.) ter occurrens, nec tamen geminatum excludi à poteſtate ſignificativâ litteræ *L.* ſicut tandem ob parem rationem haud valet *X.* quia (♂.) occurrit ter in dictione (Num. 90.) quod eſt τȣ̃ *x.* adverſum juxta ejus regulam nonam.

Ergò relinquuntur Vocales, *a, e, i, o, u.*

Conſonantes, *M. N. R. S. T.*

Pergimus dehinc ad characterem §. undecimum, de quo ſecundùm Regularum tenorem affirmamus. Non eſſe *H. Q. X. Y. Z.* quia hæ ſimpliciter & nunquam geminantur. vid. Regulas: Primam τȣ *H.* ſecundam τȣ *Q.* Primam τȣ̃ *x.* ſecundam *Y.* & *Z.* quarum poſteriorum duarum Regulæ non quidem expreſſè dicunt, ſicut de ſuperioribus *H. Q. X. Non geminatur*; tamen virtualiter continent. Si enim *Y.* & *Z.* bis non ſunt in dictione, tunc neque geminantur, cùm geminari ſit ſpecies duplicis occurſus. Non *F* quia hæc littera non eſt penultima, ut hîc vocabulo ſecundo obſervatur character (§) Non *B. C. D. M. N. R. S. T.* idque ideò, quia ſinguli characteres interpoſiti in medio voculæ 6§§6. non poſſunt generare Latinum Vocab. ex ſuppoſitione vel collatione litteræ (*i*,) cujus character (6.) neceſſariò eſt (*i*,) quis enim dicit *icci, iddi*, &c. Neque eſt *G.* quia, præterquam quòd *G.* non poſſit interjungi ob abſurdam emergentem voculam (*iggi*,) τὸ *G.* ſecundùm octavam Regulam litteræ *G. Non geminatur inter ſimiles*, quod hîc fit in (6§§6.) ſic omnes Conſonantes excepto ſolo *L.* removentur. Excipis: τὸ §. valere poſſe vocalem. Reſpondeo: Non

a, quia juxta primam Regulam *A.* geminationis neſcia. Non *E.* quod hoc loco non geminatur antecedente vocali & claudente eâdem ut fit in (6§§6.) Non eſt (*i*,) quia abſurdum prodiret vocabulum, quæcunque præponeretur & poſtponeretur conſona; Non (*o*,) ob eandem rationem. Ut ſolùm ſuperſit (*u*,) & emergat vox (*juvi*,) tandemque relinquatur ex Conſonantibus *L.* ex Vocalibus (*u.*)

Duodecimus character eſt (z.) quo de mediantibus noſtris Regulis ſtatuimus. Non eſſe, præſcindendo à τῷ (66z.) quod evidenter demonſtrat τὸ z. eſſe *S.* vel *T.* totiusque Scripturæ incognitæ clavis eſt, præſcindendo inquam, quaſi eſſet in epiſtola omiſſa. Non eſſe dicimus ex conſonantibus, *F.G.P.Q.H.Z.* tùm quia hæ partim abſolutè loquendo non ſunt finales. Partim, quia aliquæ non geminantur, in quorum numerum referri debet *x.* Non *B. C. D. L. N* quia nulla harum litterarum eſt geminata & finalis ſimul, vid. Litteram ſeptimam τῷ *B.* ita conceptam: *B. non eſt finalis in Latinis verbis:* Exc. *ab.*, *ob*, *ſub.* quorum nullum habet præcedentem geminatam *B.* & ſimul finalem, quem ordinem Litterarum exhibet vocabulum (N. 42.) ϱϖzzθ8θz. Regulam nonam & decimam τῷ *C.* Nona hoc concepta modo: *C. non eſt finalis in verbis geminatam habentibus.* Ex quo infero: Ergò non eſt finalis & geminata ſimul. Exceptiones regulæ ſubjunctæ e. gr. *addic*, &c. non exprimunt vocabulum (42.Num.) quia *C.* ibi quidem eſt finale ſc. in *addic*, *adduc*, ſed præcedente geminata planè ab ultimâ quoad poteſtatem diverſa; hic verò prorſus eadem. Idem concluditur ex regulâ decimâ τῷ

C.

C. quâ dicitur: *bis occurrens non eſt finalis.* Si hoc ita ſe habet tùm τὸ z. non eſt *c.* Ratio eſt, quia bis occurrit & finale ſimul eſt. Juxta Regulam (*L.*) octavam & undecimam. Illam quidem ubi Regula ocurrit: *L. bis occurrens non eſt finalis.* Infero τὸ z. in voce Num. 42. bis occurrit & eſt finale. Ergò τὸ z non repræſentat τὸ *L.* hanc verò: Quia extat: *L. non eſt finalis in verbis geminatam habentibus.* Subſumo: z eſt finale in voce geminatâ affectâ. *E.* non eſt *L.* maximè, cùm antecedat geminata eadem cum ultimâ, quod in vocabulis: Annibal, Hannibal, nonnihil &c. ſecus eſt; ubi finalem *L.* non antecedit idem geminatum *L.* ſed *N.* & *M.* vid. Reg. undecimam τῦ *L.* Tandem ſecundùm nonam Regulam τῦ *N.* quâ hic extat canon: *N. ſi ter occurrit in dictione non eſt finale.* Atqui hic τὸ z. ter occurrit. Ergò. Ulterius affirmo characterem (z.) non valere *M.* quod probo, ex collatione vocularum inter ſe & Regulis ipſis, præſcindendo neque ullo modo attendendo ad τὸ (66z.) Hanc enim voculam ne extare quidem in ſcripto hoc loco ponamus. Probo inquam, non valere *M.* ſequentibus rationibus. Primo ex collatione voculæ (z6) & (z6ₙ.) ſi τὸ z. eſt *M.* tunc z6. ſignificat vel *Mi*, vel *Me*; Tertium non datur. Non (*Mi*,) ob voculam (z6ₙ,) cujus prima eſt ex ſuppoſitione *M.* ſecunda eſt (*i*,) tertia incognita; Quæ neque conſonans, neque vocalis eſt, quia quælibet in fine poſita abſurdam generat vocem, quis enim audiit latinam vocem: *mia, mie, mio, miu*, quis *mib, mic, mid, mif*, &c. Ergò ex conſequenti abſurditate prius erit abſurdum quoque. Dein, ſi τὸ (z6.) eſt & ſignificat *Me*, certè vox reciproca

πιτζυγγράμματος, (5zz5.) hanc haberet faciem, ſequelamque Litterarum, vel *amma*, vel *immi*, vel *ommo*, vel *ummu*; quæ barbara ſunt vocabula, ideoque expungenda; Non (*Emme*,) quia, ſi τὸ (6.) eſt *E*, in z6. *Me*, τὸ 5. in 5zz5. nequit repræſentare *E*. Tandem ſi τὸ z6. denotat (*Me*,) vox (86zz6.) deſinet in *emme*; Quæcunque primo loco ponatur, five ſit conſonans, ſive vocalis, inconditam edit vocem; Non enim dicitur Latinis: *bemme*, *cemme*, *demme*, &c. Par ratio eliminat τὸ (*Mi*,) quod quidem ſupra jam exploſum eſt. Si τὸ z6. ſignificat (*mi*,) vox (86zz6.) finitur in *immi*: Initialis quæcunque anteponatur non reddit vocem Latinis uſitatam. Nunquam namque invenies *bimmi*, *cimmi*, *dimmi*, &c. Neque eſt *R*. quia ſequeretur vocabulum reciprocum, (5zz5.) in quo z. geminatus character occurrit ſonare, (*arra*, *erre*, *irri*, *orro*, *urru*,) quæ barbara ſunt. Adde, quod repugnet vocabulum θzθz. vox 109. Si τὸ z. eſt *R*. definit vocula vel *arar*, vel *erer*, vel *irir*, vel *oror*, vel *urur*, ſed nullum Latinum eſt. Ergò τῦ (z6.) prima littera non eſt *R*. Tandem ex Conſonantibus non eſt *T*. tùm propter voculam (z6.) quæ ſignificaret vel *Tu*, vel *Te* ſi (z6.) ſignificat (*Te*,) tunc z6n. ultimam habebit aut vocalem aut conſonam. Nulla vocalis ultimo ſubſtituta loco Latinum efficit vocabulum; Neque ulla conſonantium id præſtat, ſolis exceptis τὸ *N*. ut ſit (*ten*', apoſtrophatum pro *tene*, & *R*. ut emergat vocula *Ter*,) Τὸ (*n*.) characterem non valere *N*. demonſtrabitur infrà. Reſtat igitur τὸ (*Ter*,) ſed neque hoc accommodari poteſt. Si enim τὸ (*n*) ſignificat *R*. tunc vocula (*rn*) & (*θn*,)

utraque

utraque terminabitur in *R.* quod Latinis inſolens, qui non niſi unicam voculam, eamque rariſſimam finiunt in *R* ſcilicet τὸ (*IR,*) alii (*HIR,*) tum propter vocabulum (86zz6.) ſi (z6) repræſentat *te*, tunc vocabulum 86zz6. finitur in (*ette,*) præfixâ ſive conſonâ ſive vocali, non prodit ulla vox Latino idiomati nota. Multò minus autem τὸ (z6.) repræſentat (*tu,*) idque ob vocabulum (86zz6.) deſiturum in (·*uttu,*) quale Latina Lingua vocabulum novit nullum. Dein, præciſo hoc, ob vocem (*ozoz.*) repugnat. Si z. eſt *T.* vox hæc formabitur vel *atat*, vel *utut*; Tertium quartumque non datur. Inſto: Si character (z.) repræſentat (*T*) vocula reciproca (5zz5.) deſinet vel in *atta*, vel *ette*, vel *itti*, vel *otto*, vel *uttu*;) Omnia incondita ſunt ſolo (*otto,*) excepto. Sed nec ſignificat (*otto,*) quia alias ſequeretur τὸ z. eſſe *T.* in (z6.) quod repugnare ſupra evicimus collatione vocabulorum. Superſunt vocales *a,e,i,o,u,* ex iis, non ſuſtinet vicem τῦ *A.* quia (z) geminatur id quod à τῦ *A.* removetur Regulâ primâ: *A. non geminatur in Latinis verbis.* Exceptionum nulla quadrat. Non eſt *E.* tùm quia *E.* ſi geminatur & dictionem claudit, eſt quarta vel quinta ab initio dictionis, ſicut in vocabulo e. gr. *praeexiſtere*, quarta & quinta utraque eſt *E.* ultimâ etiam *E.* Juxta hanc Regulam τὸ (zz.) in vocab. Num. (42.) non valet *E.* quia eſt geminatum & finale, nec tamen eſt quarta vel quinta dictionis littera. Excipis ſub Regulâ quartâ τῦ *E* multas contineri exceptiones, in quibus aliqua ſaltem queat repræſentari per (ρϖzzθ8θz.) Verùm nulla quadrat, & quia numero litterarum vocabulum epi-

ſtolæ

ſtolæ noſtræ Num. 42. excedunt, pluresque octo litteris conſtent: & quia quædam deficiunt, qualia ſunt: *ereere*, *deeſſe*, *Eetion*, *Æetæ*, &c. & quia ordine ſituque litterarum notanter differunt; Nullum enim iſtarum tertiam & quartam habet *E.* geminatam & finalem, ut hîc z. conſpicitur conteſtim in ſtatione tertiâ & quartâ ſubſequente finali ſeipsâ; Ob quam rationem τὸ *recreere*, quamvis numero litterarum præcisè attento conveniat, octoque etiam litteris adæquatè conſtet, expungitur; tùm quia in hoc τὸ *E.* quater occurrit, in vocab. autem Num. 42. tantùm ter; tùm quia in *recreere*, quinta & ſexta ſunt geminatæ, in noſtro verò tertia & quarta; tùm quia in *recreere* quinta & ſeptima ſimul non ſunt eædem, ſicut in vocabulo noſtro τὸ *t.* quintâ & ſeptimâ à principio ſtatione collocatum vides. Præterea ex vocabulo (5zz5.) evidentiſſimè demonſtrari poteſt τὸ *E.* non ſignificari per characterem (z.) quia quæcunque conſona & vocalis τῷ geminato (zz.) à fronte & tergo ponatur, incondita emerget vox; non enim dico; *beeb*, *ceec*, *deec*, &c. Solum *M.* excipitur, ut vocula reciproca (5zz5.) repræſentet: *meem*. ſed nec hoc quadrat; quia τὸ (5.) primus & ultimus character non eſt (*M.*) quod in vocula bilitterà (85.) voculâ Num. 23. eſſet finale, id quod eſt contra Regulam octavam τῷ *M.* quâ dicitur: *M. in voculis duarum litterarum non eſt finale.* Nec vocalis, *i*, *o*, ſignificantur per geminatum characterem (z.) Non (*i*,) tùm quia juxta litteræ *I* Regulam primam: *Geminatum I ſequitur C.S.T. aut V.* ſi in vocabulo Num. 42. τὸ zz. geminatum eſt *i.* character *t.* ſequens immediatè erit vel *C.* vel *S*, vel *T.* vel *V.* ſed non eſt *C.* character

racter *o*. Partim, quia (*, non eſt initiale in voculâ duarum litterarum, ut character *o*. videtur; Partim, quia ſi τὸ z. eſſet *i*, & *o c*, vocula *ozoz*. ſonaret (*cici.*) Neque τὸ *o*. repræſentat *S*. quia *ozoz*. ſignificaret *Siſi*. Neque *o* eſt *T*. quia naſceretur ex *ozoz*. vox *Titi*, quæ ſingula ſunt ἀπροσδιόνυσα. Tandem relinquitur τὸ *o*. quod ſequitur geminatum zz. in voc. Num. 42. poſſe eſſe (*u*,) cùm quia, quæ ratio eſt ſolidiſſima, τὸ z. eſt in (5zz5.) geminata, exiſtente primâ & ultimâ eâdem. Quæ vox illatina fit, ſi in medio ſit geminatum *i*. Non enim dicitur: *biib*, *ciic*, *diic*, &c. nullaque invenitur, emergitque Latina dictio, etſi totius Alphabeti Latini vocales juxta ac conſonantes applices. Tandem concludo dicoque τὸ z. non eſſe (*u*). Excipis τὸ (5zz5.) poſſe ſignificare Pronomen (*ſuus.*) Reſp. ex collatione vocularum: z6. 6§§6. 86zz6. Si τὸ z. eſt (*u*,) tunc vocula z6. eſt vel *vi*, vel *ut*. Poſteriùs non denotatur per z6. ſcilicet ut notet *ut* conjunctionem, quia (6§§6.) vocula Num. 145.) primam & ultimam haberet (*T.*) 6. enim eſt *T*. ſi z6. ſignat (*ut*,) & media vocalis, *a*,*e*,*i*,*o*, qualiſcunque geminata, interponeretur, non oriretur latina vox; inaudita quippe ſunt, *taat*, *teet*, *tiit*, *toot*. Τὸ *u*, expungitur, non tantùm, quia barbara vox produceretur, ſed & poſito eſſe Latinam vocem (*tuut*,) ideò tamen excluderetur, quia (z.) ſuppoſui eſſe *u*, non (§.) qui characteres omninò ut differunt figurâ externâ, ita poteſtate quoque, ut conſequenter diverſas quoque ſignificent Litteras. Si igitur τὸ (z6.) non ſignificabit (*ut*,) neceſſariò relinquetur, τὸ (*vi*,) ſed nec hoc ſignificari evinco ex vocabulo (86zz6) τὸ 6. eſt (*i*,) τὸ z. eſt (*u*,) ut vox terminetur *juvi*. Prima
incognita,

incognita, nulla poteſt eſſe littera neque conſonans nec vocalis; quia quæcunque præponeretur illatinam vocem ederet, ut præfigenti omnes Alphabeti litteras manifeſtum erit. Ergò τὸ (26.) ſignificat neutrum nec *ut*, nec *vi*, & conſequenter z. non erit (*u.*) Neque (*o.*) poteſtatem poſſidet τὸ z. partim, ſecundùm Regulam litteræ *O.* quartam: *O, ſi geminatur eſt ſecunda ac penultima littera,* ſicut eſt in coordino & arctoos. Si vera eſt hæc regula, τὸ (zz.) geminatum in vocabulo (42.Num.) non erit (*o,*) quia eſt tertia & quarta ab initio & præterea finalis ſimul, cui verbum ſimile nullum ſub regulâ quartâ τῦ *O.* contentarum exceptionum habetur: tùm quia aliquæ numero litterarum ſuperant, tùm quia aliquæ deficiunt; tùm quia ſitu litterarum differunt; nulla quippe iſtarum exceptionum quartam & tertiam habet geminatas, præter *Thooſa, Thootes, Thoontis, Proœmium, Proœmior:* Sed hæc non accomodari queunt, &, quòd ut ſupra dictum, pauciores habent litteras, ut *Thooſa, Thootes,* & quia (ϖ.) character non eſt (*n,*) quia eſt finalis, quod τῦ *H.* adverſatur, ex quâ ratione quoque (*Thoontis,*) quamvis octo conſtet litteris, expungitur, præter rationem, quòd in voc. 42. Num. quarta & ſeptima ſunt etiam ſimiles, quod in *Thootes* non reperio. *Proœmior, proœmium* excedunt litterarum ſimul numero, ſimul ſitu. Excipis *Proœmium* poſſe locum habere & ſignificari per vocab. (ρϖzzθ8θz.) Reſp. Quanquam in *Proœmio* ſint octo præcisè litteræ & in hoc conveniat cum vocab. N. 42, conveniat etiam in eo, quòd *O.* ſit tertia & quarta geminata, & ultima quoque, tamen contendo, non ſignificari vocabulo *Proœmio,* per vocab. N. 42. quia in *Proœmio*

3. &

3. & 4. & 8. ſunt ſimiles,& præterea nullæ aliæ; in ρϖzzθ8θz. contra 3 & 4. & ultima, item quinta & ſeptima pares. Reſtat ergò peractâ ſufficiente inveſtigatione, quod character (z.) non ſit ex conſonantibus ulla niſi (*S*) quæ ſola admittitur, cœteris omnibus remotis. Vides ut ad determinatam litteram præciſo etiam charactere z. in voculâ (*66z.*) pervenerim.

Sequitur ordine decimus tertius character, cujus figura eſt: 9. De eo per ἀρσὶν enunciamus. Non eſſe *F. G. L. M. P. Q. T. Z.* quia hæ litteræ non ſunt finales in voculis duarum litterarum. Non *B. C. D. H. R. X.* quia hæ non ingrediuntur reciproca vocabula trium litterarum, ita ut dictionem incipiant & claudant, quippe haud dicimus: *cac*, *dad*, &c. quæ ratio quoque *F. G. L. M. P. Q. X. T. Z.* excludit, præter alias, quas conglomerare nolumus. Non eſt *T.* quia hæc littera non eſt initialis ac geminata. Excipe: *Tranſmitto*, *trutta*, *tyttygias*. Quæ tamen applicabilia non ſunt, tùm propter exceſſum; tùm propter defectum; tùm etiam propter ſitum, ordinemque litterarum; Siquidem in 9ϖ99θ§§1, ſunt duæ notæ geminatæ diverſæ; Id quod in nulla exceptionum ſuprà poſitarum conſpicitur, Neque *S.* poteſtatem habere poteſt propter voculam reciprocam (9=9.) Si character 9. eſt *S.* finitur hæc dictio: In *ſas*, *ſes*, *ſis*, *ſos*, *ſus*. Ex quibus latinam originem nulla habent niſi *ſis*, & ultimum *ſus*. cœtera ſunt barbara: Jam ponamus (9=9.) eſſe *ſis*, vel *ſus*, litterarum in voce 9ϖ99θ§§1. initialis & geminatarum ſuccedentium conſecutio hæc erit *ſiſs*. *ſuſs*. qualis ſequela in nullo Lexicographo invenitur,

tur, ſicut in *ſesſito*, &c. reperies. Tandem ad vocales perveniendo τὸ (9.) non eſt *a*. quia τὸ *A. non geminatur*. Non eſt *E*. quia ſi τὸ *E. non eſt initialis ac geminata*, neque character (9.) erit *E*. ſed prius eſt. E. & poſteriùs. Probatur verò τὸ 9. eſſe initialem & geminatam ex voce 83. Num. Exceptiones non poſſunt repræſentari per vocabulum 83. Num. ex iisque unum ſignificare; tùm quia nullum octo litterarum eſt præterquam: *Europaee*, ideò tamen excludendum, quia initialis & geminata in fine, contrà ac fit in controverſo vocabulo; tùm quia *eleemoſyna*, habet quidem primam initialem tertiâ & quartâ geminatâ, cœterùm numero litterarum, diſtinguitur, ut clariſſimum eſt. Non eſt *O*. quia ſi *O*. *geminatur eſt ſecunda*, ut in cooperor, aut penultima, ut in arctoos, paucis exceptis quæ vide ſis ſub Reg. 4. τῦ *O*. Hic τὸ 9. geminatur, neque tamen ſecunda eſt, nec penultima littera. Ergò non eſt *O*. Tandem non eſt *V*. ex collatione voculæ reciprocæ (9ϖ9) ſi τὸ 9. eſt (*u*,) vox reciproca ſonabit *uſu*. Hoc enim ſolum Latinis uſitatum eſt, prima & ultima (*u*,) in vocabulo reciproco trilittero. Si hoc ſupponitur, τὸ 9ϖ99θ§§1. hanc haberet faciem à principio: *uſuum*, eſſetque Genitivus Pluralis ab *uſus*: quod tamen requirit ad complementum ſui duas geminatas (§§.) & finalem (1,) cujusmodi verbum Latinæ Linguæ eſt nullum. Imò neque τὸ (9.) τὸ *i*, repræſentat. Probamus: Si τὸ 9. eſt *i*, tunc vocabulum 9ϖ99θ§§1. incipiet vel *iniit*, &c. vel *injic*. vel *iſti*. Alia non dantur, in quibus τὸ *i*. eſſet initiale & geminatum. Verùm hæc propter ſitum ordinemque litterarum explodenda

ſunt,

ſunt, quocunque modo conjungentur. τὸ *inii* in ſecundâ perſonâ habet *iniiſti*. In primâ Plurali *iniimus*, *iniiſtis*. Nullum accommodari poteſt, quia in 9ϖ99θ§§1. ſecunda & tertia à fine numerando eædem ſunt, id quod in τῷ *iniit*, &c. quocunque modo conjugato, ſecus eſt: Eadem ratio eliminat τὸ *injicit*, *is*, *injicimus*, *injiciunt*. Ergò infero: τὸ (9.) nòn eſt vocalis. Quæritur ultimo: An ſit ex conſonantibus τὸ *N?* ad cujus inveſtigationem quæro litteram *N.* & percurro ejus Regulas quàm diligentiſſimè, in eisque Regulam ſecundam, hunc in modum conceptam: *N. non eſt initialis ac geminata ſimul.* Excipe: *Nannajus*, *nonnihil*, *nonnullus*, *a*, *um*, *nonnunquam*, *Nonnus*, *novennis*, *Nonnius*, *nonne*. Quas exceptiones confero cum vocula (9ϖ9.) conjunctâ cum 9ϖ99θ§§1. Quippe quæ dependent à ſe invicem; inſtitutâque conferentiâ affirmo; per 9ϖ99θ§§1. non repræſentari excepta vocabula; Partim, quia numero litterarum deficiunt ut *Nonnus*; Partim, quia excedunt ut *nonnunquam*; Partim, quia ſitu & ordine differunt, quod adeò clarum eſt, ut demonſtratione ulteriori non egeat. Supereſt: *Nonnullus*, *a*, *um*. Ex hiſce primum & ultimum propter exceſſum litterarum expelluntur, relicto ſolo vocabulo *Nonnulla*. Quod eſt genuinum vocabulum, quia prima, tertia, quarta ſunt eædem. Idem ſexta & ſeptima, qualis ordo litterarum in exceptis ſuprà recenſitis verbis nequaquam deprehenditur.

Decimus quartus character ☿. per ἄρσιν non eſt *H. Q X. Y. Z.* quia hæ abſolutè non geminantur, quod characteri ☿. contingit in vocab. 153. Num.

Non *Q.* & quia non geminatur, ut modò dictum, & quia characterem Mercurii ſequitur diverſa, quæ ſequela indicio eſt eum non repræſentare *Q.* vid. Regulam ſeptimam hujus litteræ. Non eſt *G.* quia hæc littera non geminatur inter ſimiles, ut hic ☿. geminus inter duo (*ſ.*) collocatur. vid. octavam Regulam litteræ *G.* Itaque removentur litteræ *G. H. Q. X. Y. Z.* quæ non repræſentantur per τὸ (☿.) cœteris omnibus non adverſantibus ſuſtinere vicem conſonantium ſuperſtitum. Neque ex vocalibus eſt *A*, quia *A.* non geminatur. Non *E*, quia *E.* non geminatur inter ſimiles, quo ordine (☿.) inter duo (*ſ.*) apparet, juxta Regulam ſecundam τῦ (*E.*) Exceptiones ſubjectæ non quadrant huic vocabulo; cùm omnes non habeant primam & quartam ſimiles, intermediâ duplicatâ, ſed vel in medio, vel circa finem, ſed & *E.* jam inventum ſit in (*5225.*) Ob parem rationem exploditur τὸ (*i,*) utpote *non geminabile niſi circa dictionis finem*, juxta Regulam ſecundam litteræ (*i,*) ſubſumo: Hic geminatur ☿. circa initium dictionis. E. non eſt (*i,*) ſicut nec eſt (*o,*) quia & hæc littera, ſicut priores duæ ſecundum Regulam (*6.*) τῦ *O. Littera non geminatur inter ſimiles.* Tandem ſuppoſitâ inventione τῦ *E.* quod ſupra evicimus non eſt (*u,*) cùm nulla dictio latina incipiat hâc formâ initialium: *Euue*, &c. vid. Lexic. Sed noluimus eò progredi; quô ſi ratiocinium noſtrum extenderemus, de τῦ ☿. demonſtrare poſſemus adhuc pleroſque conſonantes non repræſentari charactere hoc. Sed ſiſtimus pedem, cùm non adeò referat ſcire poteſtatem τῦ ☿. Ex Conſonantibus omnes præter remotas, nempe *g. h. q. x. y. z.* disjunctivè valere poteſt.

Deci-

Decimus quintus character eſt Græcum *Σιγμα*, qui, quia prolixum ratiocinium meretur id inſtituamus. Prolixo opus quidem minimè eſſet, cùm vel ex unicâ voculâ (662.) dignoſci poſſet, quid poteſtatis τὸ (6.) haberet. Verùm, ut Lector videat, quô usque Steganographus progredi queat, præcisâ & illâ voculâ, nullum excitavero tædium longiori ratiocinio, quanquam ad ſyllogiſticum modum propoſituri. Dico ergò character (6.) non eſt *B*. cujus Regula prima eſt Major propoſitio: *B. non eſt initiale in Latinis verbis, ſi ſecunda & tertia litteræ dictionis ſunt eadem:* Subſumo Minorem. Atqui in vocabulo 145. Num. character (6.) eſt initialis, &c. Ergò non eſt *B*. Ad Majorem non poteſt reſponderi per inſtantiam exceptionum ſub regulâ contentarum: quia nulla iſtarum primam & quartam habet easdem, ut in (6§6.) apertum eſt. Secunda Regula τῦ *B*. ita concepta: *B. non eſt initiale in voculis duarum litterarum.* Subſumo: Atqui τὸ (6.) character in vocula Num. 85. item N. 79. eſt initiale. Ergò non eſt *B*. Quarta litteræ *B*. Regula hæc eſt, *B. ſi geminatur, eſt tertia dictionis littera.* Cujus ſenſus eſt: τὸ *B*. non inveniri geminatum in medio, ſed circa initium tantùm dictionis, ita ut ſit tertia littera à principio, e. gr. in *abbas, abbrevio, gibbus.* Jam ſubſumo: Character (6.) in vocab. Num. 152. geminatur circa finem. E. hic character non eſt *B*. Quinta Regula τῦ *B*. eſt talis: *B. non ſequitur geminatam litteram:* Senſus eſt, geminata littera non antecedit τῶ *B*. Subſumo ex voculâ 145. Num. τῶ (6.) antecedit geminata (§§.) Ergò (6.) non eſt *B*. Septima τῦ *B*. eſt hæc: *Littera B. non eſt finalis in latinis verbis.* Atqui chara-

ćter 6. eſt finalis paſſim in ſcripto. Ergò Exceptiones, *ab, ob, ſub, rob*, nihil accommodari poſſunt in noſtro exemplo, cùm (6.) ſit finale in voculis quatuor, quinque & plurium litterarum. Tranſimus ad litteram *c*. & aſſerimus eam non repræſentari per characterem (6.) Rationes ex Regulis deſumtæ ſunt ejusmodi: ſecunda Regula *C.* eſt hæc: *C. non eſt in voculis duarum litterarum.* Atqui: Character (6.) in voculâ (69.) Num. 85, & 120. eſt in vocula duarum litterarum. Ergò: Exceptio (*ac*,) non obſtat; Cùm ſit quæſtio de τῷ (6) primo charactere voculæ, non ſecundo charactere (9.) in τῷ (*ac*,) *C.* eſt ultima, cùm debeat loco primo poni in 69. &c. Regula tertia τῦ *C.* ita ſonat: *C. non occurrit ter in dictione niſi geminetur aut initialis ſit. Nec quater occurrit juxta Regulam ſextam:* Subſ. in vocabulo 150. Num. occurrit ſexies, E. character 6. non repræſentat *C.* Quarta Reg. τῦ *C.* eſt talis: *Si inter duo C. unica littera occurrit neutrum eſt vel ſecunda vel penultima littera.* Quinta Regula τῦ *C.* ita ſe habet: τὸ *C. nullam ſequitur geminatam præter i, e gr. abjicio*, &c. Subſumo character 6. ſequitur geminatam litteram in (6§§6.) Ergò non eſt *C.* Excipis geminatam poſſe eſſe (*i*,) ſicut in Regula exter. Reſp. non: quia vox finiret in (*cic.*) juxta octavam Regulam character (6.) non eſt *C.* quia *C. non eſt finale in verbis plurium, quàm ſeptem litterarum.* Subſumo: Character 6. eſt finalis in verbis plurium quàm ſeptem litterarum in vocabulo Num. 150. duodecim litteris conſtante. Nonam juxta, quo dicitur: *C. non eſt finale in verbis geminatam habentibus:* Subſumo in voculâ 145. Num. item 150. Num. item 127. Num. finale eſt in verbo ge-

minatam habente. Ergò non eſt *C.* Exceptiones non obſtant, quia nulla iſtarum octo litterarum numerum, neque eundem litterarum ſitum ordinemque tenet. Decima; *C. bis occurrens non eſt finale.* Subſ. At τὸ (6.) bis occurrit & eſt finale. E. non eſt *C.* Subſumt. probatur ex vocab. 150. Num. Exceptiones non officiunt vel ex hac cauſa, quod numero litterarum (de ſitu ordineque litterarum taceo,) inferiores ſunt vocabulo 150. Num. Juxta Regulam 14 τȣ̃ *C.* Character 6. non eſt *C.* quia *C. non eſt finalis niſi antepenultima ſit d.* e. gr. in *condic.* cujus antepenultima eſt *D.* (*F.* e. gr. in *fac. L.* e. gr. in *halec. H.* e. gr. in *hoc, hic, hac.* Jam ſubſumo character (6.) vocab. Num. 135. finit dictionem, neque tamen antepenultimus character vel (*i*,) vel *D.* vel *F.* vel *H.* vel *L.* repræſentare poteſt, vid. rationes ſupra aſſignatas, quarum præcipua eſt: quod ſit vocalis ob ſolitariam poſitionem. Exceptiones Regulæ quartæ decimæ litteræ *C.* ſubjunctæ non quadrant; ut nulla iſtarum ſignificari queat per (Ӿϖδηιδ6.) ſeptilitterum. Excipis *iſthanc, iſthinc, iſthunc, iſthac.* Numero litterarum convenire cum vocabulo 135. Num.) & conſequenter non repugnare per illud exprimi. Reſp. Neg. tùm quia, quamvis numero litterarum præcisè ſumto conveniant, diſtinguuntur tamen ſitu & ordine; in *iſthunc, iſthanc, iſthinc, iſthac.* Omnes ſunt diverſæ, nulla littera repetitur, ſicut in vocab. Num. 135. fit, in quo tertia & ſexta nempè (δ.) ſunt eædem. Quæ ratio explodit quoque τὸ *iſthinc*, quo quidem *i*. repetitur, ſed ut ordine prima & quinta, non ut tertia & ſexta; tùm quia ſi vocab. 135. Num. notaret *iſ-*

hunc, &c. conſequenter τὸ (*η*.) character eſſet *H*. quod repugnare videri poteſt ſub characteris *η*. ratiocinio. Neque character 6. eſt *D*. Hujus enim prima Regula ita ſonat: *D. Si geminatur eſt ſecunda & tertia dictionis littera*. Subſumo: Character (6) in voc. 152. Num. geminatur, neque tamen eſt ſecunda & tertia dictionis littera. E. non eſt *D*. Exceptiones *reddo, ſuperaddo, coaddo*, ob quantitatem minorem litterarum, (ut de ſitu atque ordine jam nihil dicamus,) excluduntur, ut locum habere queant nullum. Juxta Regulam tertiam, quæ ita concepta eſt: *D. ſi ter occurrit, geminatur aut initiale eſt*. Subſumimus: Character (6.) ter occurrit, neque tamen geminatur, neque initiale, vid. vocab 74. Num. Ergò: Exceptionum nulla ad Majorem infringendam quicquam facit, quia ſitu litterarum diſcrepant à vocabulo Num. 74. ſitu; quippe hoc ſecundam & ſextam & undecimam habet ſimiles atque eaſdem, qualis litterarum diſtantia in voculis exceptis non deprehenditur. Juxta Regulam decimam non eſt *D*. Character (6.) *D. non eſt finalis in latinis verbis*. Subſ. Vocula Num. 145. Num. 127. *τὸ* 6. eſt finalis. Tranſimus ad litteram *F*. & affirmamus characterem (6.) non eſſe *F* quia ſecundùm Regulam primam: *F. Non eſt in voculis duarum litterarum*. Subſumo: Character (6.) eſt in voculis 69. 64. duarum litterarum. Ergò. Secundam Regulam *F. Non eſt ſecunda dictionis littera niſi geminetur*. Subſumo: Character (6.) paſſim ſecundo loco ponitur. Ergò. Inſpice Epiſtolam. Tertiam juxta Regulam: *F. non occurrit bis niſi geminetur, aut initialis ſit*. Subſumo: Character 6, occurrit ter imò ſexies voc. 150, Num. Ergò.

Quar-

Quartam Regulam: *F. non præcedit geminatam niſi ſit antepenultima.* Subſ. in vocab. 127. Num. Character 6. antecedit geminatam zz. Ergò. Regulam quintam: *F. Non ſequitur geminatam litteram.* Subſumo: Character 6. in voce 127. Num; item 145. Num. ſequitur geminatas (zz.) (§§.) Ergò. Sextam Regulam: *Inter duo F. non eſt unica tantùm littera.* Subſ. in vocab. 150. Num. aliiſque inter duos characteres (6.) unica tantùm eſt littera. Ergò. Septimam Regulam: *F. non occurrit ter.* Subſumimus: Character 6. occurrit ter, imò ſexies. Ergò. Regulam octavam: τὸ *F. non occurrit in reciprocis verbis*; Subſumo character (6.) occurrit in verbo reciproco (6§§6) Nonam Regulam: *F. non eſt penultima littera.* Subſ. Character 6. eſt penultimus in vocabulo Num. 15. & aliis. Ergò. Decimam Regulam: *F. non eſt finale in latinis verbis.* Subſ. Character 6. multis in dictionibus eſt finalis. E. Videt Steganographiæ Cultor, non unâ ſed multis rationibus nos oſtendere, quid poteſtatis habeat character aliquis, quamque litteram poſſit ſignificare quàm non. Sufficeret hic unà tantùm ratio removendo characteri 6. à poteſtate litteram *F.* ſignificandi: Verùm, ut videat Steganographus, Regularum noſtrarum uſum, ſimulque applicationem apprehendat, prolixiores juſto fuimus, erimusque adhuc, quia omnes ferè Regulæ Linguæ Latinæ in ratiocinio characteris 6. applicari queunt. Quâ ex applicatione Lector non tantùm Regularum firmitatem, ſed & genuinum earum ſenſum (pleræque enim primo aſpectu non ſunt faciles adeò intellectu) percipiet. Accedimus ad τὸ *G.* & dicimus characterem (6.) non ſubſtitutum eſſe pro *G.*

ex Regulâ τ῀ G. Prima: *G, Non eſt initiale, ſi ſecunda & tertia littera dictionis eadem ſunt:* Subſumo in voculâ 145. Num. (6.) eſt initialis ſubſequente geminâ (§§.) Ergò. Ex ſecundâ Regulâ: *G. non eſt initiale in voculis duarum & trium litterarum.* Subſ. Character (6.) in voculâ 85. Num. & vocula 115. Num. eſt initialis & finalis in voce duarum & trium litterarum. Ergò. Ex tertia: *G. Si geminatur eſt tertia dictionis littera.* Exc. *adaggero, circumaggero, exaggero*, &c. Subſ. τὸ (6.) in voc. 152. Num. geminatur, neque tamen tertia dictionis eſt littera. Ergò. Ex quinta: *G. non ſequitur geminatam.* Subſ. τὸ (6.) character in vocab. 127. Num. ſequitur geminatam. Ergò. Ex ſexta: *Inter duo G. non eſt unica littera niſi initialis aut ſexta ſit dictionis littera.* Subſumo: Inter duo (6.) characterem eſt unica tantùm littera, paſſim in epiſtolâ. E. Ex ſeptimâ: *G. non eſt ſecunda & quinta littera neque ab initio, neque à fine dictionis.* Subſumo: Character (6) in vocula 59. Num. epiſtolâ eſt ſecunda & quinta ab initio, in vocabulo autem 99. Num. ſecunda & quinta à fine. Exceptiones non obſtant, nec applicabiles ſunt: Quippe vocab. 59. Num. abſolvitur ſeptem præciſè litteris, cui ſimile nullum eſt inter excepta, niſi *Agragas, egregia, egregio, egregiè, egregii, aggrego, negligo*, quæ litterarum attendendo numerum præciſè cum exceptis conveniunt, ſed immanè quantum differunt quoad ſeriem, ſitumque & ſucceſſionem litterarum. In vocabulo enim 59. Num. 46θ₇6θz. ſecunda & quinta, & tertia & ſexta pares ſunt, quem in exceptis vocabulis ſitum ordinemque litterarum videre non eſt.

eſt. Sicut autem vocabulum 59. Num. repugnat: ita vocab. Num. 99. quod ſecundam à fine, & quintam à fine oſtendit eandem; vocabulum nonageſimum nonum conſtat undecim litteris, quem numerum excepta ſub regulâ ſeptimâ τῦ *G.* non habent, excepto vocab. *Agrigentini, a, o.* Quod tamen non accommodari poteſt, quia non habet ſecundam & quintam à fine ſimiles, ſed ſecundam & quintam à fronte vocabuli numerando. Quæ oppidò inſignis eſt differentia. Ex Regulâ nonâ: *G. non occurrit ter in dictione unâ.* Subſ. character (6.) ſexies occurrit, v. voc. N. 150. E. non eſt ſignificativa τῦ *G.* Ex Reg. undecima: *G. Non eſt ſecunda & penultima littera.* Subſ. Character 6 eſt in voce quintâ Epiſt ſecundus & penultimus, item vocab. 74. Num. Ergò. Tandem ex Regulâ duodecimâ, quæ ſola ſufficit ad excludendum characterem (6.) à ſignificatione litteræ *G.* τὸ *G. non eſt finale in Latinis verbis.* Subſumo: Character (6.) paſſim in epiſtola noſtra eſt finalis. E. Aſcendo jam ad Regulas τῦ *H.* & dico multis modis rationibusque argui poſſe characterem (6.) non repræſentare *H.* Ex primâ Regulâ evincitur h. m. *H. non geminatur.* Hæc eſt Propoſitio major. Subſ. Character (6.) geminatur in vocab. Num. 152. E. Ex ſecunda: τὸ *H. Nomin caſu non praecedit geminatam litteram, niſi ſit tertia aut quarta à fine littera.* Subſ. Character (6.) præcedit geminatam, &c. Ergò. Ex tertiâ Regulâ *H. non occurrit ter in unâ dictione.* Subſ. Character 6. occurrit ſexies. E. Ex quartâ: *Inter duo H. non eſt unica littera, niſi alterutrum ſit quarta aut quinta dictionis littera, & intermedia ſit (T.)* Subſ. in vocab. 150. Num. inter duo (6.)

extat tantùm una. E. Ex quintâ h. in modum ratiocinamur; *H. non eſt ſecunda & quinta littera neque ab initio, neque à fine dictionis.* Subſ. in vocab. quarto character (6.) eſt ſecunda & quinta ab initio. In vocabulo N. 99. ſecunda & quinta à fine. E. non eſt *H.* Ex Regulâ ſeptimâ: *H. ſi bis occurrit in dictione, initialis eſt, aut utrumque præcedit* τὸ *T.* Subſ. in vocab. 150. Num. E. Ex octavâ: *H. non occurrit in reciproco.* Subſ. τὸ 6. occurrit in reciprocâ voce Num. 145. E. Ex decimâ: *H. non eſt initiale ac antepenultimum.* Subſ. in voc. 150. Num. eſt initialis atque antepenultimus character (6.) E. Exceptiones quamvis ſatis multæ non officiunt; tùm propter exceſſum litterarum, tùm propter defectum; quem pleræque habent, tùm propter diſconvenientiam ſitus & ordinis litterarum, ſecundùm quem ordinem exceptarum nulla dictio convenit cum vocab. 150. Num. quo character (6.) ſexies occurrit. Ergò. Tandem ex duodecimâ: *H. non eſt finale in latinis verbis.* Subſ. Character (6.) paſſim eſt finalis. Ergò. Accedo ad Litteram *L.* (vocales enim ultimo reſervabimus loco,) & pronuncio juxta Regulam τȣ̃ *L.* primam per Enthymema: (Nolumus enim repetere integros Syllogiſmos, cùm ex antecedentibus Lector jam videre ſatis queat, quo modo Regulæ applicandæ, & ad Praxin deducendæ,) character (6.) in vocula Num 145. eſt initialis ſecundâ & tertiâ iiſdem. Ergò character (6.) non eſt *L.* Exceptiones: *liis, luunt,* non ſignificantur per (6§§6.) quia in hoc vocabulo prima & ultima vel quarta ſunt eædem contra atque fit in *liis, luunt.* Juxta ſecundam infero: Character (6,) occurrit in voculâ duarum

rum litterarum voculâ Num. 41. voc. Num. 79. voc Num. 85. Ergo character (6.) non eſt *L*. Ex quartâ inter characterem (6.) eſt unica tantum littera, &c. E. character (6,) non eſt *L*. Antecedens probo ex vocabulo (150 Num.) Exceptiones Regulæ quartæ ſubjunctæ nil obſtant, ut conferenti exceptiones iſtas & vocab. 150. Num. patebit. Ex Regula quintâ; Character (6.) in vocab Num. 4. item Num. 59. eſt ſecunda & quinta ab initio. Ergò non eſt (*L*) Ex Regulâ octavâ: Character (6.) bis occurrit imò ſexies in voc. Num. 150. & eſt finalis. Ergò non eſt *L*. Ex Regulâ nonâ: Character (6.) occurrit ter, nectamen geminatus. E. non eſt *L*. Prius conſtat ex voce 150, Num. Ex decimâ: Character (6.) eſt finalis ſecundâ & quintâ littera ab initio eâdem, in vocab. Num. 104. Item ex eâdem Regulâ character (6.) eſt finalis ſecunda & quinta à fine computando in vocab 135. Num. Ergò non eſt *L*. Exceptiones non obſtant; tùm quia numero litterarum vocab. 104. & 135. Num. ſuperant; tùm quia deficiunt; tùm quia ſi æquarent numerum exceptionum, ſitu tamen litterarum differrent. Ex undecimâ: Character (6.) eſt finalis in Latinis verbis geminatam habentibus vocab. Num. 150. Ergò non eſt *L*. Exceptiones & ob paucitatem litterarum & ſitum non quadrant, nec ſignificantur per vocabulum Num. 150. Ex Regulâ duodecima: Character 6. eſt finalis in verbis plurium quàm octo litterarum in voc. 150. Num. Ergò non eſt *L*. Ducit jam nos ordo ad *M*. & percurrendo Regulas pronunciamus ex quintâ Regulâ: Character (6) eſt ſecunda & quinta ab initio littera, in Voce Num. 59. Ergò non eſt *M*.

Ex.

Exceptionum nulla accommodari poteſt & ſignificari per vocem 46θη6θz. tùm quia litterarum numero deficiunt; tùm quia excedunt exceptas: *ambimus, embamma, immemor, numiſma.* Litterarum numero conveniunt quidem, ſed & ipſa expunguntur; tùm quia ſeriè litterarum diſcrepant à τῷ 46θη6θz. quæ habet ſecundam & quintam eandem; Nec non tertiam & ſeptimam, quæ litterarum facies in nullâ exceptarum deprehenditur. Ex Regulâ ſextâ character (6.) ter occurrit, imò ſexies in vocab. 150. Num. Ergò non eſt *M.* Ex Regulâ ſeptimâ: Character (6.) geminatam ſequitur, neque tamen antepenultimus aut finalis eſt. Ergò non eſt *M.* Exceptiones Regulæ ſeptimæ ſubjunctæ exploduntur; tùm quia deficiunt numero litterarum; tùm quia ordine litterarumque ſequelâ differunt. Ex Regulâ octavâ: Character (6.) eſt finalis in vocula bilittera Num. 41. Ergò non eſt *M.* Ex Regulâ undecimâ colligo, Character (6.) in vocab. Num. 152. eſt antepenultima & penultima littera. Ergò non eſt *M.* Exceptiones excluduntur vel ob ſolam litterarum paucitatem, ſecundùm quam inferiores ſunt vocabulo 152. Num. Ex duodecimâ tandem infero: Character (6.) quater imò ſexies obviat in dictione Num. 150. nec tamen geminatur & ſimul finalis eſt. Ergò non eſt *M.* Sequitur littera *N.* cujus vicem ſuſtinere non poteſt character (6.) Ex Regulâ primâ: Character (6.) eſt initialis ſecundâ & tertiâ eâdem, in vocula 145. Num. Ergò non eſt *N.* Ex Regula ſexta: Character 6. in voce 150. Num. eſt initialis ac finalis. E. non eſt *N.*

Exceptiones nihil obſtant, ob numerum litterarum minorem, quippe nulla duodecim litteras continet. Ex Regulâ ſeptimâ: Character (6) eſt medius ac finalis in voce Num. 51. ſeptem litterarum. Ergò non eſt *N.* Excipis inter excepta vocabula ſtare poſſe *Erinnyn*, quippe quæ vox quoad litterarum numerum, coincidat. Reſp. Etiam hoc ipſum vocabulum explodi, quia in τῷ *Erinnyn*, quarta & quinta & ultima ſunt eædem, contra ac in vocabulo Num. 51. fit. Ex Regulâ nonâ: Character (6.) ter in dictione occurrit, & eſt finalis. E. Litteram *N.* non ſignificat. Antecedens patet ex voc. 150. Num. Ex octavâ: Character (6.) eſt ultimus in utraque medietate voce 51. Num. Ergò, non eſt *N.* Tranſimus ad Litteram *P.* dicimusque propter multas rationes characterem (6.) non repræſentare *P.* ex cujus Regulâ primâ ita infero: Character 6. eſt initialis ſecundâ & tertiâ eâdem in vocab Num. 145. Ergò non eſt *P.* Ex ſecundâ: Character 6. eſt ſecunda & penultima littera in dictione Num. 5. item Num. 74. Ergò non eſt *P.* Exceptiones non quadrare accuratus collator animadvertet. Ex Regula tertia; Character (6.) ſexies occurrit, nec tamen geminatur. E. non eſt *P.* Ex octavâ Regulâ; Character (6.) eſt in voculis duarum litterarum, (inſpice Epiſtolam,) ergò non eſt τὸ *P.* quoad ſignificationem. Ex nonâ: Character (6.) eſt ſecunda & quinta dictionis littera in vocab. Num. 4. Ergò non eſt *P.* Exceptiones ſub Regulis contentæ non obſunt; quia præter diſconvenientiam ordinis litterarum etiam numero differunt. excepto τῷ *ephippiatus.* Sed quod præter alias rationes eò rejicitur, quòd (*P.*) in hoc

hoc ſit geminatum, quod in vocabulo Num. 4. aliter ſe habet. Ex decimâ: Character (6.) eſt ſecunda & quinta à fine retrorſum numerando littera, e.gr. in voc. 99. Num. Ergò non eſt *P*. Ex Regulâ undecimâ: Character 6. eſt tertia & ſexta à fine littera, in voce Num. 59. item vocab. Num. 150. Ergò. Ex Regulâ duodecimâ: Character (6.) præcedit geminatam, neque eſt tertia aut quarta à fine littera. E. character (6) non eſt *P*. Prius probamus ex vocabulo 150. Num. in quo (6.) character antecedit geminatam (zz) ſtatione ſeptimâ à fine retrorſum numerando. Ex decimâ tertiâ: Character (6.) eſt paſſim in Epiſtolâ noſtrâ finalis. Ergò non eſt *P*. Hanc Conſonantem excipit τὸ *Q*. cujus poteſtatem nequaquam repræſentat character (6.) idque vi Regularum omnium in τῷ *Q*. traditarum. Vi primæ ita: Character (6.) eſt initialis, ſecundâ & tertiâ eâdem in voce 145. Num. Ergò non eſt *Q*. Secundæ: Character (6.) geminatur. E. non eſt *Q*. Tertiæ: Character (6.) occurrit ter imò ſexies in dictione. Ergò. Quartæ: Character (6.) ſequitur geminatam, nec tamen eſt antepenultimus, voc. 82. Num. Ergò non eſt *Q*. Quintæ: Character (6.) eſt initialis ac media dictionis littera in voce Num 107. Ergò non eſt *Q*. Neque exceptiones ſubnexæ quicquam obſtant. Sextæ: Inter duo (6.) characteres unica tantùm eſt littera in dictione Num. 150. & aliis. E. non eſt *Q*. Septimæ: Characterem (6.) ſequitur diverſus character, non idem perpetuò immediatè, confer vocem Num. 4. quintam, duodecimam, &c. E. non eſt *Q*. Octavæ: Character (6.) occurrit inter ſimiles litteras, neque tamen eſt antepenultimus in

vocibus

vocibus Num. 26. Num. 107, Ergò non eſt *Q.* Nonæ: Character (6.) eſt penultimus paſſim in Epiſtola. E. non eſt *Q.* Decimæ: Character (6.) eſt finalis paſſim in Epiſtolâ. Ergò non poteſt repræſentare Litteram *Q.* Sequitur Conſona *R.* quæ, quòd non poſſit repræſentari per characterem (6.) probatur per primam Regulam τȣ̃ *R.* Character (6.) in voculâ 145. eſt initialis, ſecundâ & tertiâ ſimili. E. non eſt *R.* Per ſecundam: Character (6.) eſt in voculis duarum litterarum voc. Num. 41. voc. Num. 79 voc. Num. 85. E. non eſt *R.* Per tertiam: Character (6) eſt initialis ac finalis in vocula Num. 145. dictione quadrilittera. Ergò non eſt R. Excipis: in dictionibus *rear, reor,* τὸ *R.* eſſe primum & ultimum. Reſpondeo: Verum id quidem eſt, ſed non eſt reciprocum, ut eſt (6§6.) Per quintam: Character (6.) ſequitur geminatam litteram in voce 127. Num. nec tamen quarta aut quinta dictionis littera eſt. Ergò character (6.) non eſt *R.* Exceptiones, quarum ſunt duodecim nulla repræſentare apta eſt τὸ vocabulum 127. Num. ob paucitatem, dein etiam ſitum litterarum. Per ſeptimam: Character (6.) ſexies occurrit in voce 150. Num. Ergò non eſt *R* Accedimus ad τὸ *S.* & ratiocinamur, characterem (6.) non ſignificare (*S.*) tenore Regularum: Primæ: character (6.) in vocula 145. Num. eſt initialis ſecundâ & tertiâ eâdem. Ergò non eſt (*S.*) Objicis voculam (*ſuus,*) quod Regulâ prima inter exceptiones ſtet, poſſitque repræſentari per (6§6.) ut prima & ultima ſint (*S,*) intermedia duplex (*u*) Reſpondeo non ſignificat vocula reciproca (6§6.) (*ſuus,*) idque ex collatione voculæ 127. Num.) cujus

jus terminatio incondita prodiret, ſi τὸ(6.)eſſet (S,) & z. vocalis. Sed quia in hoc noſtro ſcripto reſolvendo præſertim in inveſtigatione characteris (6) non per collationem vocabulorum procedimus, ſed ex ipſis Regulis demonſtrare volumus poteſtatem characteris (6.) pergimus, & quod ex Regula prima præcisè citra collationem ullam demonſtrari non potuit, ex tertia Litteræ *S* Regula oſtendemus. Tertia autem Regula ita ſonat: Littera *S. non ſequitur geminatam litteram, niſi ipſa ſit geminata aut finalis aut tertia poſt geminatam ſit* (*i.*) Subſumo: Character (6.) in vocab. 150. Num. ſequitur geminatam &c. Ergò non eſt (*S.*) Quintæ: Character (6.) eſt ſecunda & quinta dictionis littera in voce, quarta, item voc. 59 Num. quæ numerum quinque litterarum excedunt. Ergò. Sextæ: Character (6.) eſt ſecunda & quinta à fine littera neque antepenultima ſimul. Ergò non eſt *S.* Prius probo ex vocabulo (99. Num.). Septimæ: Character (6.) eſt ſecunda & penultima, nec tamen antepenultima. Ergò non eſt *S.* Antecedens conſtat ex vocabulo quinto, vocab. 48. Num. vocab. 74. Num. Exceptiones nihil officiunt, quia non æquant numerum vocabulorum; minimè autem vocabuli 74. Num. conſtantis duodecim litteris. Octavæ: Sexies character (6.) in dictione occurrit. Ergò non eſt *S.* Sequitur *T.* cujus vicem ſuſtinere nequit character (6.) Ex Regula prima: Character (6.) eſt initialis ſecunda & tertia eadem. E. non eſt *T* Prius probatur ex vocab. Num. 145. Quartâ: Character (6.) bis occurrens eſt finalis in vocula quatuor litterarum Num. 84. Ergò non eſt *T.* Objicis vocabulum 84. Num. poſſe repræ-

ſentare,

ſentare, *atat, utut, itat, ſtat.* Reſpondeo, τὸ atat, utut, non ſignificantur per (86 ℞ 6.) quia in prioribus duobus prima & quarta; in hoc autem ſecunda & quarta tantùm ſunt eædem, itat autem, & ſtat, & ſtet excluduntur, quia *T.* per Regulam primam jam exploſum eſt. Octavâ, character (6.) ſexies in dictione occurrit, nec tamen geminatur. Ergò non eſt *T.* Accedimus ad τὸ *X.* & affirmamus characterem (6.) non denotare conſonantem *X.* Ex Regula prima, character (6.) geminatur, in voce 152. Num. Ergò. Ex ſecundâ; Character (6.) occurrit bis, neque tamen eſt ſecunda dictionis littera. Ex tertia; Inter duos characteres (6.) unica tantùm interponitur littera in voc. 150. Num. Ergò. Ex quartâ: Character (6.) occurrit in Reciprocis, voc. Num. 145. Ergò non eſt *X.* Non obſtat: taxat, texet, erexêre, axa, oxo, quia differunt à τῷ 6§§6. numero litterarum. Ex quintâ: Characterem (6.) ſequitur littera geminata in vocab. Num. 127. Num. 150. Ex ſexta: Character (6) eſt initialis in verbis geminatam habentibus. voc. Num. 145. Num. 150. &c. Ex octava: Character (6.) eſt finalis occurrente geminatâ, quæ tamen tertia à principio non eſt. Anteced. demonſtro ex voc. 150. Num. item 127. Num. Ex nona: Character (6.) paſſim ter, & occurrit. Ergò non eſt *X.* Tranſimus ad τὸ *Y.* cujus poteſtatem non habere poteſt character (6.) Idque ex primâ oſtenditur Regulâ; Character (6.) eſt initialis in vocibus Scripturæ propoſitæ paſſim. Ergò non eſt *Y.* Ex ſecunda: Character (6.) occurrit bis, imò ter, quater, ſexies. Ergò non eſt *Y.* Antecedens perlegenti & percurrenti vocabula patet. Ex tertia: Character (6.) eſt in vocu-

lis trium litterarum in voce 115. Num. nec non 143. Num. Ergò non eſt *Y.* Ex quarta: Character (6.) occurrit inter ſimiles, neque tamen eſt ſecunda dictionis littera. Idque in vocibus 90. Num. & 107. Num. Ex quintâ: Character (6.) ſequitur geminatam litteram in vocibus 127 Num. nec non 150. Num. Exceptiones collatæ cum his vocabulis ſuâ ſponte corruunt. Ex ſexta: Character (6.) eſt finalis paſſim in Epiſtolâ. Ergò non eſt *Y.* Tandem agmen claudit Littera *Z.* de quâ dico non poſſe eam denotari ullo modo per characterem (6.) Ita enim colligo: Character (6.) occurrit in voculis duarum litterarum paſſim. Ergò non eſt *Z.* Dein: Character (6) occurrit ter &c. Ergò non eſt *Z.* Tertiò: Character (6.) occurrit in vocabulo reciproco, Num. 145. quod neque eſt *aza*, neque *aziza*, neque *mazam*, ob litterarum vel defectum, vel exceſſum. Ergò non eſt *Z.* Quartò: Character (6.) antecedit geminatam litteram, ut non ſit antepenultimus in voc. 150. Num. Ergò non eſt *Z.* Quinto: Character (6.) ſequitur litteram geminatam in voc. 150. Num. Ergò non eſt *z.* Sextò: Character (6) paſſim eſt finalis. Ergò non eſt *Z.*

Ergò relinquitur abſoluto ſcrutinio τὸ (6.) non poſſe ſignificare Conſonantem, præcisâ etiam voculâ (66z.) quam non attendimus. Superſunt jam vocales: Ubi primò quæritur an (6.) character repræſentet *A.* Reſp. Neutiquam: Argumentor, character (6.) in voce 152. Num. geminatur. Ergò non eſt (*a.*) Conſequentia patet, quia juxta primam Regulam τῦ *A.* τὸ *A.* non geminatur. Prætereà: Character (6.) ſexies occurrit in vocabulo 150. Num. Ergò non eſt *A.* vid. Reg. Litt. *A.*

ſecun-

ſecundam ; Dein nequit ſignificare (*o*,) idque ex Regula Litteræ (*o.*) quintâ. Character (6.) occurrit ſexies in dictione Num. 150. Ergò non eſt *O.* Tandem non eſt (*V.*) Nam character (6.) eſt initialis ſecunda ac tertia eadem in vocula Num. 145. Ergò non eſt (*u.*) Exceptiones nihil impediunt, abſolutaque ita ratiocinatione ſuperſunt disjunctivè: vel *E*, vel *I.* Si præſcindatur à vocula Num. 142. quod in hoc charactere nos facturos, diximus ſuprà. Si verò τὸ 6. non abſtrahatur, infallibiliter determinatur Vocalis *I.* geminata. Idque jubente Regula prima Litteræ (*V.*) cujus verba formalia ſunt: *Nulla littera geminatur in initio dictionis præter* (*V*) Exc. *iis, iit.* Quæ coincidunt cum characteribus (*66z.*) ratione & numeri & ſitus litterarum. Excipis nihil obſtare, quò minus per (*66z.*) ſignificetur (uva,) quæ tribus conſtet litteris, primamque & ſecundam æquè ac *iis*, & *iit*, poſſideat eaſdem. Reſp. omninò obſtare, quia ita character *Z.* ſignificaret (*A*) & *A.* geminaretur, quod contra primam Regulam τῦ *A.* Ergò relinquitur τὸ vel *iis*, vel *iit.* Cœterum poſterius, *iit.* Putà non poteſt repræſentari per (*66z.*) propter vocabulum (86zz6.) quod deſineret in (*.itti,*) primâ incognitâ, ſed quæ nec ex Conſonantibus, nec ex Vocalibus admittit à fronte ullam, ut produceretur latina vox; diceretur enim (*bitti, citti, ditti, &c.*) Itaque ex puncto τὸ *iit*, perfecti tertiâ perſonâ relinquitur ſolùm *iis.* Sed præſcindamus, *iis* voculam, quod jam ſæpiùs monuimus, diximusque. Vides, Benevole Lector, quantus ſit Regularum noſtrarum uſus, quæ multis rationibus demonſtrant, quam litteram character in ſcripto aliquo occurrens

repræſentet, quam non, alias indeterminatè, & disjunctivè, alias determinatè atque affirmativè, quod quidem Steganographorum nemo (quod nos ſcierimus,) præſtitit unquam.

Decimus ſextus character eſt *n*. affirmoque de eo paucis. Non eſt *F. G. L. M. P. Q. Y. Z.* tùm quia hæ litteræ abſolutè non finiunt dictionem; tùm quia aliquæ determinatè in voculis duarum litterarum non finiunt, vid Regg. harum litterarum. Non *B.* quia *B.* non eſt finale in voc. ſeptilittera voc. 87. Num. Non *C* propter voculam 146. Num. collatam cum voculâ 155. Num. Si τὸ *n*. eſt *c.* vocula *sn.* neceſſariò ſignificabit *ac.* Si hoc: quid ſignificabit *on.* an etiam ac? Minimè. Non *D.* quia *D.* non eſt finale in vocabulo novem litterarum, ut character (*n*.) in vocab. 56. Num. obviat. Non *n*. quia τὸ *n*. non eſt finale in vocula plurium quàm quatuor litterarum. Non eſt *N.* tùm ex ejus Regula quinta, qua dicitur: *N. non eſt prima & quarta littera.* Subſ. Character (*n*.) in vocab. 38. Num. eſt prima & quarta. Exceptiones ſubjunctæ non obſtant. E. Dein ex undecima Regula Litteræ *N.* *N. non eſt finale in latinis verbis, ſi quarta & tertia à fine littera eadem ſunt.* Subſ. in voce 82. Num. character (*n*.) eſt finale. Ergò. Exceptiones nequaquam quadrant. Non eſt *R.* quia *R.* in voculis duarum litterarum non eſt finale, ut hic character (*n*.) in voculis (*sn*.) *on.* obſervatur. Pariter nec (*u*,) eſſe ob has eaſdem voculas. Si τὸ *sn*. eſt *tu*, quid τὸ *on*. Non eſt *X.* quia *X.* in ſolo τῷ ex, eſt ultima nempe in vocula bilittera. Ergò *a, e, i, o, s, t.*

Decimus ſeptimus character eſt (*y.*) de quo pronunciamus non eſſe *Y*, quia (*y.*) character eſt initialis

lis paſſim. Non *Z.* quia z. non eſt in voculis trium litterarum: Excipe *zea.* (γθ6.) nequit repræſentare *zea*, quia ſequeretur characterem (6.) eſſe (*a*,) quod repugnat, quia geminatur in voce Num. 152. Non *X.* quia τὸ *X. non eſt in voce trium litterarum initiale.* Poteſt igitur character γ. omnes ſignificare conſonantes, inter has autem præcipuè τὸ *Q.* idque eò, quia characterem γ. ſemper ſequitur idem character nempe (θ.) qui non repugnat ſuſtinere vicem vocalis (*u*,) imò ex hypotheſi; Si τὸ *Q* exiſtit in ſcripto, neceſſariò character γ. eſt *Q.* non alia littera.

Decimus octavus character eſt Græcum (ϱ.) qui non eſt *F.* quia in vocab. 24. eſt ſecunda ab initio littera, quod τῷ *F.* repugnat. Non *Q.* quia ſequitur diverſa paſſim. Non *x.* quia *x.* bis non occurrit, ut character (ϱ.) in vocab.33. Num. 102. Num. Non *y.* quia *y.* non eſt initiale, niſi in paucis. Non *z.* quia *z.* bis non occurrit, in una voce, ſicut hic in voce 33. & 102. Num.

Decimus nonus character (2) non eſt *F.* quia juxta Regulam *F.* tertiam τὸ *F. non occurrit bis, niſi geminetur aut initialis ſit.* Subſ. τὸ (2) in vocabulo 133. Num. bis occurrit, neque geminatur aut initiale eſt. Ergò. Juxta ſextam *F.* Regulam itidem non eſt *F.* *quia inter duo F. non eſt unica tantùm littera.* Si hoc τὸ (2.) non eſt *F.* in vocabulo Num 133. Non eſt *G.* quia inter duo *G.* juxta Regulam ſextam litteræ *G. non eſt unica tantùm littera, niſi initialis aut ſexta ſit dictionis littera.* Si hoc τὸ (2.) in voc. 133. non eſt *G.* Exceptiones Regulæ ſubnexæ non adplicari poſſunt propter paucitatem litterarum aliæ, aliæ propter multitudinem,

aliæ propter litterarum ſitum, quod probamus ex vocabulo 133. Num. Hoc habet ſecundam & quartam, item tertiam & quintam easdem, cujusmodi verbum nullum eſt inter excepta. Non eſt *L.* quia character (2.) eſt in vocab. 133. ſecunda & quinta littera, quod ſecundùm Regulam τῦ *L* quintam τῷ *L.* adverſatur. Non *Q.* quia characterem (2.) Character diverſus ſequitur; ut nequeat eſſe *Q.* quam litteram ſubſequitur ſemper eadem. Non eſt *x*. tùm quia juxta ſecundam Regulam τῦ *X.* *X. non occurrit bis, niſi ſit ſecunda dictionis littera*; tùm quia *inter duo X. non eſt unica tantùm littera*, juxta tertiam Regulam. Unde infero: quia character (2.) bis occurrit, &c. in voc. Num. 133. item inter duo (2.) unica tantùm interponitur littera. Characterem (2.) non eſſe *X.* Non eſt (*Y.*) quia τὸ (*y*) *non eſt bis in voce.* Subſ. Character (2.) in voce 133 Num. eſt bis occurrens; Ergò. Dein quia in vocab. 31. Num. character (2.) ponitur inter ſimiles, quod eſt contra Regulam quartam Litteræ *y*. Tandem (2.) non eſt *z*. quia τὸ (2.) character occurrit bis in voce Num. 133. ut conſequenter nequeat eſſe *z*. Ergò τὸ (2.) non eſt *f. g. l. q. x. y. z.* Hoc eſt ratiocinium de characteribus ſcripto furtivo comprehenſis. Jam colligamus ratiocinium cujusvis ſive determinatè, ſive indeterminatè judicati, ut dein aditus ſternatur atque via ad evolutionem ſcripti. Dicimus igitur: Character ꝑ. non eſt *F. Y.* Ergò reliquæ omnes. Character 1. eſt disjunctivè, *A, E, O, I.* Character ⁶. determinatè eſt *V.*

Cha-

Character (4.) eſt disjunct. *D.N R.S T.*

Character (3.) eſt disj *a,e,i,o,u,c,l,m,n,r,s,t.*

Character (5.) determinatè eſt *o,e.*

Character (ϖ.) determinatè (*o.*)

Character (8.) determinatè eſt *M.*

Character (☿.) non eſt *F.Q.X.Y.Z.*

Character (♂.) disjunct *a,e,i,o,u.* Conſ. *M. N. R. S. T.*

Character (§.) ex Conſonantibus *L.* ex Vocalibus (*V.*) poteſt eſſe. Excluditur tamen τὸ *u*, quia τὸ *o*, eſt *u.*

Character (z.) eſt determinatè *S.*

Character (9) eſt affirmativè Conſona *N.*

Character (☿.) vocalis non eſt. Ex conſonantibus *G.H Q.X.Y Z.* Reliquæ omnes.

Character (6.) eſt determinatè (*i*,) ſi τὸ (66z.) vocula non abſtrahatur à Scriptura propoſita.

Character (*n*) disjunctivè eſt *a,e,i,o,s,t.*

Character (γ.) non eſt disjunct. *x,y,z* Reliquæ omnes Conſonantes ex iis commodiſſimè *Q.* quia hunc characterem γ. ſequitur immediatè ſemper idem, nempe *o*. Ex hypotheſi autem τὸ *Q.* contineri hoc ſcripto, infallibiliter ſequitur characterem γ. ſignificare τὸ *Q.*

Character (ϱ.) non eſt *F.Q.X.Y.Z.*

Character (2.) non eſt *F.G L Q.X Y.Z.*

Hoc characterum judicium in peculiari chartâ eſt annotandum, ut quoties litera aliqua incognita tibi deeſt, confeſtim ſcire poſſis, quæ ſit præponenda, quæ interponenda. E. gr. in propoſita Scriptura characterem (8.) qui juxta ſcrutinium literarum determinatè eſt *M.* Aſſumo vocab. (8ϖ4ϖ.) prima eſt *M.* determinatè, ſecunda eſt determinatè

(*o*,) quæritur quæ littera ſit character 4. Anteaquam ratiocinium conſtruxi, ignoro an character (4) ſit *d,l,r,t*. ut emergant vocabula ſequentia, *modo*, *molo*, *more*, *moto*. Sed elaborato judicio, quod inſpicio, cognoſco, quòd character (4,) disjunctivè ſit *D N R. S T.* ſuppoſita inventione τȣ *M.* & *O* in *Mo-o.* character *N.* & *S.* expunguntur, quia non dicitur *Moſo*, *Mono*. Ergò relinquuntur *D.* ut ſit *modo*, & *T.* ut ſignificet *moto*. Ex quo diſcere poteſt Lector perpetuo recurrendum ad ratiocinium, quod eſt quaſi ſpeculum exhibens poteſtatem characterum vel affirmativam determinatam, vel disjunctivam indeterminatam. Scripturam autem occultam ut expediamus, annotamus characteres, qui vel determinatam litteram vel disjunctivè paucas ſignificant, quales ſunt ſequentes:

Character (5.) eſt determinatè (*E.*) vocalis.

Character (*w*.) determinatè (*O.*) vocalis.

Character (*6*.) determinatè (*V.*) vocalis.

Character (8.) eſt determinatè (*M.*) conſona.

Character (9.) determinatè *N.* conſonans.

Character (6.) determinatè (*i*,) ſi aſſumatur (66z.)

Character (1.) eſt disjunctivè *a,e,i,o*, poſt inventas vocales *e,i,o*, neceſſariò *a*.

Ecce tibi, Benevole Lector, omnes vocales, quas per ratiocinium meum inveſtigatas aperui, quod ante inſtitutum ſcrutinium ipſe non crediſiſſem. Ab harum vocalium, nec non Conſonantium evolutione jam ſpontè totius epiſtolæ reſolutio clavisque dependet, cùm jam integra vocabula ſint detecta. e. gr. *unum*, &c. Inventas vocales conſonasque annoto: e. gr. *a,e,i,o,u*. Conſonantes *M. N. S.* Deleo-

Deleoque in Alphabeto Latino, ſubſcriboque characteres litterarum.

Dein aſſumo & exſcribo voculas duarum triumque litterarum, e. gr.

1. Characterem ſolitariè poſitum, (1.) qui eſt (*a.*)

Duar, litter. 85.26. θη.ϛη. 64.69.45.ϛ1.

Trium litterar. θϖ2. Ꭓϖ3. θη6.9ϖ9.2θ8.26η. 9ϖ2. Ꭓ62.85ϖ.618.4θϖ.γθ6.ϛ2η.

Hæc cùm ſufficiant, quatuor enim litterarum nolumus adjungere, niſi reciproca (65 56.) & (5225.) &c. aſſumimus eas voculas, in quibus adhuc una deeſt littera, e. gr. θη. collatum cum (ϛη.) ubi quæritur, quæ ſit littera character (η.) ab hoc enim primum exordium eſto, & dicimus, τὸ η. non eſſe ex vocalibus, jam inventis unam, tùm quia poſito eſſe vocalem aliquam, nulla relinqueretur præter τὸ *i.* ſed hæc jam inventa. Ergò erit conſonans; at nulla præter *T.* ut in ratiocinio ſupra viſum, quæ neceſſariò eſſet, etſi nondum *T.* inveniſſem, quia nulla dictio bilittera, quæ habet priorem (*u.*) admittit aliam conſonam ſequentem, quàm *T.* Hanc deleo in Alphabeto, eamque ſuperſcribo voculis bilitteris, trilitteris, &c. e. gr. ϛη. quod eſt (*et,*) θη5. *uti.* 26η. *ſit.* 52η. *eſt.* Hoc *T.* deleo in omnibus characteribus, in quibus juxta ratiocinium ſtatui eſſe diſjunctivè *T.* & in charactere (η.) deleo omnes & relinquo ſolum *T.* id quod inventâ vel vocali, vel conſona, eorumque charactere obſervò, & characteres in peculiari ſchedula ſcriptos deleo, inventos annoto, reliquos autem expungo, e. gr. juxta ſcrutinium character (η.) *a,e,i,o,s,t.* Si inveni characterem (η.) deleo

 deleo

deleo a,e,i,o,s, lineolâ aliquâ transversâ, uti numeros in diviſionibus arithmeticis delere ſolemus, ſolum *T.* non expungo. Dehinc aggredior voculam 64. collatam cum 4θϖ. τὸ (6.) eſt determinatè vocalis (*i.*) quæritur, quæ ſit (4.) Inſpicio ratiocinium, & affirmo: Character (4.) eſt disjunctivè *D.N.R. S.T.* ut vocabulum: 4θϖ. ſignificet, *duo*, *nuo*, *ruo*, *ſuo*, *tuo*. *Nuo*, *ſuo*, *tuo*, non ſignificantur per (4θϖ.) quia *N. S.* & *T.* jam ſunt inventa. Non (*ruo*,) ut τὸ 64. ſignificet (*ir*,) ob voculam 53. Num. ϖ46θ8. o-ium, cujus ſecunda non eſt *R.* quia emergeret vox illatina: *ortum.* contra ſi τὸ (4) eſt *D.* quod relinquitur unicum, vocula (64.) ſonat (*id*,) vocab. 53. Num. *odium.* vocula (45.) (*de.*) vocula Num. 22. γθϖ4. *quod*, ut invenerim τὸ *Q.* & *D.* quæ litteræ ſunt delendæ in peculiari Alphabeto, q.d. & characteribus ſuffigendæ; Characteri quidem (4.) *d.* reliquis omnibus deletis, & characteri (γ.) τὸ *Q.* pariter deletis reliquis. Poſteà ſuperſcribo omnibus dictionibus ſcripti τὸ γ. & 4. in quibus continentur. Dein accedo ad vocabulum 82. N. & inquiro: Quid ſignificet character (ρ.) & deprehendo ex ratiocinio τὸ (ρ.) non eſſe *F.Q.X.Y.Z.* ex Præpoſitione autem nullam aliam niſi *P.* ut vox Num. 82 ſit: *Poſſit.* Hoc *P.* deleo in Alphabeto, & in charactere (ρ.) ratiocinio omnes deleo poſitas, & pono *P* ſolum. Ex invento τῷ *P.* dependent alia, nempe vox undecima (*apud*,) vox 24. Num. *ſponte.* vox 33 Num. *Pompejum* vox 42 Num *poſſumus*, &c. Porrò aſſumo alium characterem incognitum in aliquo verbo, quo una tantùm littera deeſt: e gr. ſeptimâ voce ſcripti, cujus tertia eſt (§.) dicoque: Juxta ratiocinium τὸ (§.) eſſe *L.* ut vocula ſignifi-

ſignificet *valde*. Hoc *L*. ſuperſcribendum eſt characteri (§.) ubicunque occurrit in ſcripto.

Inventis jam characteribus 1.5.8.ϖ.6.§.γ.8.ⁿ.ϱ.4.z. accedo ſubinde ad alias latentes, e.gr. ϝ. ♅. 2.3.&c. & dico τὸ ϝ. in prima voce primam eſſe *G*. quia nulla alia præpoſita latinam efficit vocem. Hoc *G* ſuperſcribendum eſt vocabulo quarto. Vocab. decimo quarto. vocab. 54. Num. voculæ Num. 95. voc. Num. 121. &c. Tὸ ♅. nulla alia eſt niſi *H*. in vocab. ſcripti ſecundo. Tὸ (3.) in vocula vigeſima, invento *H*. primâ litterâ eſt *C*. ut ſit (*Hoc*,) character (2.) in vocab. 94 Num. item 133. Num eſt *B*. ut ſignificent: *Rebus, debebunt*. Character (♉.) eſt *F*. in vocab. 54. Num. *effugere*. Character (δ) *R*. paſſim. Character (9.) *N*. in 9ϖ9. voc. 55. Ecce habes omnes characteres demonſtratos, qui aliâ adhuc viâ, imò multis demonſtrari potuiſſent, ut non fuiſſet neceſſum à charactere ⁿ incepiſſe, ſed ab alia qualibet. Sed aſſumamus aliam nempe τὸ (5.) in vocabulo (5zz5.) prima & ultima ſunt (*E*.) quæritur, quæ ſit character z. quæ ſequitur τὸ (5.) & à fronte, & à tergo. Reſp non eſt *b. d f.g.h.l m.n.p. q.r.t.x z*. ex vocalibus non *a,e,i,o,u*. tùm quia hæ ſepoſitâ ratiocinatione non generant ex hypotheſi inventæ litteræ *E*. Vocabulum Latinum, ut reſtet ſolùm *C*. & *S* τὸ *C*. excluditur ideò, quia z. quod ſuppono pro *C*. eſt in voce 41. Num. bilittera initiale. Ergò *S*. Si z. eſt *s*. tunc vocula (z6.) ſignificabit vel *ſe*, vel *ſi*. Non prius, quia *C*. jam inveni. Ergò *ſi*. Invento *i*. confero me ad dictionem (86z26.) collatam cum τῷ (85) prima littera vocabuli prioris & poſterioris latent. Prior deſinit in (-*iſſi*,) prima adhuc in utroque vocabulo reperienda

rienda. Quæritur quænam ſit. Reſpondetur nulla præter *M.* ut ſonet *miſi.* &(85.) *me.* Dehinc accedo ad vocabulum 108. Num. cujus prima eſt *S.* ultima eſt *M.* media vel *a*, vel *e*, vel *i*, vel *o*, vel *u*; non *a*, non *e*, non *o*, quia non dico, *ſam*, *ſem*, *ſom*, non *i*, quia id jam habeo. Ergò (*u*,) ut ſit *ſum*, ex quo dependet *uſus* vocab. 109. Num. Dehinc aſſumo voculam 154 Num. & 155. Num. nempe 52*n*. & *ἐν τῷ b.* eſt (*u*,) character (*n*.) vel *T.* vel *i*, ut ſit vel *ut*, vel *vi*, non (*vi*,) quia τὸ (*i*,) jam repperi. Ergò (*ut*,) ut vox (52*n*) terminetur (*eſt.*) Hoc vocabulum excipit vocula (618.) prima eſt (*i*,) ultima (*M.*) intermedia nulla niſi (*A*,) ut ſit *jam*, & vocula (51.) *ea.* Reſtat vocalis *O.* Hanc contineri in voce (9*ϖ*9.) collatâ cum ♋*ϖ*3. apodicticè demonſtro. Suppono autem primò in τῷ ♋*ϖ*3. eſſe debere vocalem, quod nulla dictio latina conſtet ex puris conſonantibus. Jam ſi vocalis eſt in ♋*ϖ*3. erit illa *O.* neceſſario, cùm reliquas invenerim. Ergò erit vel prima (♋.) vel ſecunda (*ϖ*.) vel tertia (3.) *O.* Dico autem primam, nempe (♋.) non valere (*o*.) nec τὸ (3.) quia ſequeretur τὸ (9*ϖ*9.) conſtare ex meris conſonantibus, cùm in hoc vocabulo character nullus ſit inventus, ſed omnes lateant. Ergò relinquitur τὸ (*ϖ*.) neceſſariò gaudere poteſtate vocalis (*o*,) ut ſic invenerim quinque vocales, quæ conſonantes incognitas facile ſecum trahunt, ut ſupervacuum ducamus omnes & ſingulos characteres inveſtigare.

Accedamus ad alium nempe characterem (6.) qui eſt determinatè vocalis. Ex cujus inveſtigatione tanquam cauſa reliquas omnes pendere oſtendere poſſum, donec producantur omnes litteræ & integra

integra Eqiſtola enucleatur, quæ eſt Cæſaris ad Oppium Cornelium.

GAudeo mehercule vos ſignificare litteris, quàm valdè probetis ea, quæ apud Corfinium ſunt geſta: Conſilio veſtro utar libenter, & hoc libentius, quod me ſponte facere conſtitueram, ut quàm leniſſimum me præberem, & Pompejum, darem operam, ut reconciliarem. Tentemus hoc modo, ſi poſſumus, omnium voluntates recuperare, & diuturna victoria uti: quoniam reliqui diuturnitate odium effugere non potuerunt, neque victoriam diutius tenere, præter unum Sullam, quem imitaturus non ſum. Hæc nova ſit ratio vincendi; ut miſericordia & liberalitate nos muniamus, id quemadmodum fieri poſſit, nonnulla mihi in mentem veniunt, & multa reperiri poſſunt. De his rebus, rogo vos, ut cogitationem ſuſcipiatis; Cneum Magium, Pompei Præfectum deprehendi: ſcilicet meo inſtituto uſus ſum, & eum ſtatim miſſum feci. Jam duo Præfecti Fabrûm Pompei in meam poteſtatem venerunt, & à me miſſi ſunt, ſi volent grati eſſe, debebunt Pompejum hortari, ut malit mihi eſſe amicus, quàm iis, qui & illi, & mihi ſemper fuerunt inimiciſſimi: quorum artificiis effectum eſt, ut Reſpublica in hunc ſtatum perveniret, &c.

Cœterum cùm in epiſtola vel ſcripto prolixiore omnes ſemper examinare regulas ſit laborioſum, & melius finales tantùm characteres, geminatos, item quæ ſunt in voculis duarum litterarum aſſumere, ex Tabellis hiſce delineantibus, quæ ſint finales, quæ geminatæ, methodum determinatam litteram inveniendi compendioſiſſimam Lectori monſtrabo.

TABELLA

Tabella Prima,
REGULÆ DE INITIALIBUS.

DE INITIALIBUS.

1. Non initialis eſt *Y*, Exc. *Yerva, Yenyvenius*, &c.
2. Non initiales in voculis duârum litterarum abſolutè: *B.C.F.G.L P.Q.X Z.*

3. Nec reliquæ litteræ ſunt initiales in voculis duarum litterarum.	M.	Exc. *me, mi.*
	O.	Exc. *os, ob, oh.*
	R.	Exc. *Re.*
	S.	Exc. *ſe, ſi.*
	T.	Exc. *te, tî, tu.*
	U.	Exc *vi, ut.*
4. Non ſunt initiales ſecundâ & tertiâ eâdem.	B.	Exc. *baaras, beem, s.t. &c. bijugus, is, boo, bootes.*
	F.	
	G.	
	H.	
	L.	Exc. *liis, luunt.*
	M.	Exc. *meem, mees, &c.*
	N.	Exc. *noologia, nuunt.*
	P.	Exc. *pii, piiſſimus.*
	Q.	Exc. *quum.*
	R.	Exc. *ruunt.*
	S.	Exc. *ſuus, ſuum, ſuunt.*
	T.	Exc. *tuus, tuum.*
	U.	Exc. *viis, ullibi, ullus.*
	X.	
	Z.	Exc. *zoologia, zoophthalmus, zoophyta, zootomia, Zuvingerus,*

DE INITIALIBUS.

		rus, Zuvinglius, zoonychon.
5. Non initiale in voc.trium litterum.	G.	Exc.*Goa gog,git,Gad.*
	Q.	Exc.*qua,qui,quo.*
6. Non initiale & geminatum.	B.	implicitè, v.Reg.7.
	D.	implicitè,v.R.ult.
	E.	Exc.*eleemoſyna erroneé, Euboee, Eumoee, Europee, extemporaneè.*
	F.	etiam implicitè, v. Reg.7.
	G.	etiam vid Reg.9.
	N.	Exc.*Nannacus,nonnihil, nonnullus,a,um, nonnunquam, Nonnus, Nonna, novennis,e, Nunnius.*
	P.	Exc. *Pappa, pappare, pappaus, pappus, peropportunus, Philippus, Philippenſis, Philippicus, Philippeius, Philippides, Philippina, Philippopolis, Pſeudophilippus, poppæa, puppis, præſuppono.*
7. Non eſt initialis ac mediâ:	Q.	Exc.*Quotusquisq́, quinquies, querquera, e, i, o*
8. Non eſt initialis ac quarta:	L.	Exc.*Lullius Lullianus,a, um, Lollius, Lælius, Lælia.*

DE INITIALIBUS.

	N.	Exc. *Nania, Nannacus, Narnia, Narnienſis, e, Neander, neant, Neanthus, nonnihil, nonnullus, a, um, nonnunquam, Nonnus, Nunnius.*
8. Non initialis ac geminata.	T.	Exc. *transmitto, trutta, tyttygias.*
9. Non initialis media ac finalis.	O.	Exc. *obolo, orobo, oropo, oblongo, obnoxio, obſonio, obtorto, obvolvo, œnomao, œnotro, orchomeno, orthodoxo, orthogono.*
	T.	Exc. *tentant, ent, tertiat, et, tractabat, bit, ârat, ret, rit, vit, tranſfretaviſſent, transmutaverant, int, unt, transnataverant, int, ünt, transportaviſſent.*
10. Non initialis in verbis geminatam habentibus.	X.	Exc. *Xanthii, Xantippe, Xantippus, Xaverii, Xenii, Xeniis, Xenodochii, Xenodochiis.*
11. Non eſt initialis ac antepenultima.	H.	Exc. *Hereſiarcha, am, as, is, hagiographis, Heniochus, um, Heſychy, Hierarchia, hierichus, hieroſiarchus, um, is, os, Hipparchus, um, hippolapathum, Hiſto-*

rie-

DE INITIALIBUS.			
			riographus, um, is, os, hyacinthus, um, os, is, homotechna, e, i, o, hydrographia, hydrographus, um, is, os.
	12. Non initialis ac penultima.	H.	Exc. *Hæreſiarcha, hagiographa, i, Heniochi, o, e, Heſychi, Hieroſiarchi, o. e, hipparchi, e, o, hippolapathi, o, Hiſtoriographi, o, e, Hyacinthi, o, e, hydrographi, o, e.*
		G.	Exc. *Gygi, gangi, e, goaga, gregi, e, galega, galanga, Gegginga, Geppinga, Groninga.*
	13. Non initialis ac finalis.	C.	Exc. *condic, calefac, conduc, circumduc, contradic.*
		L.	Exc. *Lupercal.*
		N.	Exc. *Non, Neon, Napen, Naxon, Neden, Nedon, nomen, numen, Nemeen, Nerion, Naſamon, Neſæen, Niniven, Neapolin, Neobulen, Nephelen, nutrimen, Nicopolin, Necropolin, Nyctimenen.*
	14. Non initialis ac finalis in voculis trium	R.	Exc. *reor.*

aut quatuor litterarum.	T.	Exc. *tot.*

TABULA SECUNDA, DE GEMINATIS.

DE GEMINATIS.

1. Non geminatur abſolutè,	H. Q. X. Y. Z.	
2. Neque geminat.	A.	Exc. *Aa, Aaron, baaras, Iſaacus, Phraates.*
3. Tantùm ab initio dictionis.	U.	Exc. *Aaron, Eetion, eetioneus, a, um, iis, iit, ii, iisdem, iidem, oogala, ooſcyphium, oona, oopellum, ootos.*
4. Tantùm in fine.	I.	Exc. *Aa, boo, coo, Dee, eoo, aizoo, Argoo, coloo, Latoo, Minoo, Nemee, Piroo, Arctoo, Euboee, Eumoee, idoneè, nichoo, Myrtoo, Phœbee, Acheloo, Alcinoo, Antinoo, erroneè, Minadoo, Panthoo, Pirithoo, Timothee, momentaneè, Charonee, Melibœe, ſpontaneè, conſentaneè, ſupervacaneè.*
5. Non geminata in me.	E.	Exc. *Anteeant, unt, praeant, unt, Baſileenſium, Conchreenſibus, Plataenſium, præ-*

dio

De Geminatis.

dio dictionis.		*eram, as, at, is, it, praeſſe, bem, es, et, meem, es, et, demeemus, etis, immeemus, etis, remeemus, etis, lineemur, emus, etis, creent, creere, recreemini, entur.*
6. Non geminatæ inter ſimiles.	C.	Exc. *Haggæus.*
	E.	Exc. *creer, eris, ere, procreer, eris, ere, praeam, as, at, amus, atis, ant, lineent, entur, delineent, entur, nauſees, meem & meemus, cum Compoſitis.*
	O.	
	I.	Exc. *deſiſti, tranſiſti, pertranſiſti, iſtis, iſſem, iſſes, iſſet, iſſemus, iſſetis, iſſent, iſſe.*
7. Non præcedunt geminatam.	H.	Exc. *Thooſa, Thootes.*
	N.	
	Z.	niſi ſit antepenultimum. Exc. *Aizoon, zoologia, zoophthalmus, zoophyta, zootomia, Zuuingerus, Zuuinglius.*
	P.	niſi ſit tertia aut quarta à fine littera. Exc. *Conſpuunt, untur, deſpuunt, untur, exſpuunt, untur, inſpuunt, untur, ſpuunt, untur, reſpuunt, tur, piiſſimus, a, um, impiiſſimus, a, um.*

DE GEMINATIS.

8. Geminatas antecedentes & prævias non ſequuntur.

B.

C. Exc. *aſſcribo, Iſaacus.*

D. Exc. *iidem.*

G. Exc. *oogala.*

M. Exc. *ablaqueemini, creemini, Cleempus, um, delineemini, duumvir, duumviralis, e. duumviratus, eleemoſyna, illaqueemini, lineemini, praemineo, praeminentia, procreemini, recreemini.*

N. Exc. *Aizoon, abavunculus, avunculus, Baſileenſi e ium, ibus, Cenchreenſi, e, ium, ibus, Demophoon, onti, onta, onte, Hippocoon, onti, onta, onte, Laocoon, onti, onta, onte, Nemeen, Neſaen, Oonae, arum, is, as, Plataenſi, e, ium, ibus, Thermodoon, onti, onta, onte, Thoon, onti, onta, onte.*

P.

Q. niſi ſit antepenultimum, ut in *principiiſque.*

R. niſi ſit quarta aut quinta dictionis.

Exc. *Aaron, ablaqueer, eris, ere. arrhoorum, argoorum, delineer, eris, ere, illaqueer, eris, ere, lineer, eris, ere, minoorum, praeeram, as, at, amus, atis, ant, praeero, is, it,*

9. Non

imus,itis,unt,procreer,eris,ere.recreer,eris,ere.

S. niſi ſit ipſa geminata, aut finalis,aut tertia littera poſt geminatá ſit *l.*
Exc. *deeſt, iisdem, praeſt, praeſtis, ooſcyphium.*

T. niſi ſit antepenultima aut finalis.
Exc. *Eetion, Eetioneus, Zootómia.* Si penultima eſt *T.* geminatam præcedit Q.
Exc. *Æeta, e. booti, e. Phraati, e, Thooti, e.*

X. Exc. *Praexiſto.*

Y. Exc. *Aſſyriacus, Aſſyrius, coccyx, collybiſtes, collybus, collyra, collyrium, ellychnium, Erinnys, goſſypium, illyricus, a, um, illyris, illirius, a, um, maſſylus, a, um, plemmyrium, ſebennytus, ſymmyſta, Tranſſylvania,*

Z.

DE GEMINATIS.

9. Non geminatur

D. niſi ſit ſecunda & tertia dictionis littera.
Exc. *Quiddam, quoddam, quidditas, Liddelius, Sadducæus, Sadducaiſmus, Thaddæus, reddo, coaddo* & *ſuperaddo* cum Participiis.

C. niſi ſit tertia dictionis littera,

DE GEMINATIS.	Non geminatur.	O.	Exc. *Adaggero, circumaggero, exaggero*; cum Participiis. niſi ſit ſecunda aut penultima littera.
			Exc. *Arctoorum, argoorum, minoorum, Demophoontis, i, a, em, e. Laocoontis, i, a, em, e, Hippocoontis, i, a, em, e. Thermodoontis, i, a, em, e, Thermodoonteus, a, um, Thooſa, Thootes, Thoontis, i, a, em, e, diſcooperio, proœmior, proœmium.*

TERTIA TABULA,

DE FINALIBUS.

DE FINALIBUS.	1. Non ſunt finales abſolutè.	F.	
		Q.	
		Z.	
	2. Neque ſequentes.	B.	Exc. *ab, ob, ſub, rob.*
		D.	Exc. *ad, id, ſed, haud, quid, quod, aliud, illud, iſtud, quoad, ecquid, aliquid, aliquod, nunquid, quicquid.*
	In latinis verbis, neque nominibus propriis.	G.	Exc. *Abiſag, Agag, Doeg, Gemagog, Gog, Magog, Nepheg, Og, Phaleg, Sarag, Siceleg.*

H. Exc.

DE FINALIBUS.

	H.	Exc. *ah, vah, proh, ceterach, oh.*
	P.	Exc. *Volup.*
	Y.	Exc. *Achaly, Aty, capy, chamadry, chamapity, chely, coty, erinny, haly, miſy, mity, moly, phy, ſory, tethy.*
3. Non ſunt finales in vocolis duarum litterarum.	L.	
	M.	
	C.	Exc. *ac.*
	N.	Exc. *an, en, in.*
	R.	Exc. *er.*
	S.	Exc. *as, es, is, os.*
	T.	Exc. *at, et, it, ut.*
	U.	Exc. *tu.*
	X.	Exc. *ex.*
4. Non finalis in verbis plurium quàm ſeptem litterarum.	C.	Exc. *Aſſuefac, frigefac, interdic, introduc, quatefac, ſatisfac, ſuperduc, transduc, circumduc, contradic, pinguefac, præterduc, ſuperindic, ſuperinduc.*
5. Non in verbis fin. plurium, quàm octo litterarum.	L.	Exc. *Proconſul, quadrantal.*
6. Non finale in verbis geminatâ affectis.	C.	Exc. *addic, adduc, illac, illic, illoc, illuc, illinc, aſſuefac.*

DE FINALIBUS.

	L.	Exc. *Annibal, Hannibal, nonnihil.*
Niſi tertia littera ſit geminata.	X.	Exc. *Ciſtellatrix, coeffectrix, inefficax. interrex, rebellatrix, ſupellex.*
7. Non finale præcedente ſeipſo.	L.	Exc. *Lupercal.*
8. Non media ac finalis.	N.	Exc. *Amnon, annon, arnon, berenicen, canon, conon, diagnoſin, elephantiaſin, erinnyn, Gratianopolin, Menon, Paracentheſin, Phœnicen, pranomen, Prognoſin, Sinon, Zenon.*
9. Ter in dictione occurrens finale non eſt.	N.	Exc. *Conſtantinopolin, Niniven, annon, Antinoen, erinnyn, nyctimenen, Oenonen.*
10. Non eſt finalis, ſi ſecunda & quinta à fine litteræ eædem ſunt.	X.	Exc. *Allobrox, audax, conjunx, exlex, fallax, harpax, interrex, pellex, quincunx, ſupellex, vertex, vervex, vel vox.*

IV. TAB.

De occurrentium Litterarum accidentibus aliis, loco, ordine, ſitu, frequentiâ.

1. Non ſecunda à principio.	F.	Exc. *Afer, afra, um, Afranta, Afranius, Aforus, Africa, Africanus, a, um, Africus, Ofella, Pfaffius, Sfortia, ufentinus, ufens, Afrodiſius.*
2. Non eſt littera penultima.	F.	Exc. *Acliulfi, o, e, arefa, bufo, Maraffa, offa, ruffa, i, o, e. Rufi, o, ſtufa, ſubruffa, e, i, o.*
3. Non eſt penultima littera niſi finalis ſit vocalis.	T.	
4. Non eſt ſecunda ac penultima littera.	G.	Exc. *aggrego, a, agoga, Ogygi, e.*
5. Non eſt ſecunda ac penultima littera, niſi quarta quintaque à fine littera eædem ſint.	M.	Exc. *Amſterodami, o, amomi, o, immò, embammam, emblema, empyema, empyreuma, Amamam, imprimo, i, e, implumi, e, omniformi, e, ſmegma.*
6. Non eſt ſecunda ac penultima.	P.	Exc. *Apocope, Appa, Epiſcopi, e, o, epitrope,*

		Apoſtrophe,i,o, epops,i, e,Speuſippi,o.
7 Non eſt ſecunda & quinta littera, neque ab initio, neque à fine dictionis.	H.	Exc. *Rhipheus,a,um, ripheus, rhythmus, rhythmius,a,um.*
8. Non eſt ſecunda & quinta littera, neque ab initio, neque à fine dictionis.	M.	Exc. *Ambimus, amnem, embamma, immemor, immemorabilis, e, immemoratus, a, um, omnem, omnimodus, a, um, Smegma, Marma, Maſma, circumgemo,e, Numiſma, Thymiama.*
	G.	Exc. *Agragas, Agrigentinus,a,um, Agrigentum, egregius,a,um, Gangi,e, Gegginga, Goaga. gregi, e, negligo,i, e, aggrego, aggrega, diſgrego, a, ſegrego, a.*
9. Non eſt ſecunda & quinta à principio dictionis littera, niſi in verbis quinque litterarum.	P.	Exc. *ephippium, ephippiarius, ephippiatus,a,um.*
	S.	Exc. *Aſſeſſor, aſſiſto.*
10. Non eſt tertia ac ſexta niſi in verbis ſex litterarum.	P.	Exc. *Eupompus,um.*

11. Non

11. Non eſt ſecunda & quinta à fine littera, niſi in verbis 5. litterarum.	P.	Exc. *Eupompi,o,e.*

V. Tabella,

De Occurſus Numero.

1. Non occurrit bis niſi ſit ſecunda dictionis littera.	X.	Exc. *Artaxerxes, Auxiliatrix, coxendix, ſextuplex, textrix, Xerxes.*
	Y.	Exc. *Caryophyllata, Caryophyllus, Glycyrrhiza, hydrargyrum, hyoſcyaminus, a, um, hyoſcyamus, hypozyga, hypſipyle, Symmyſta, ſymphytum, ſynonyma, ſyntyche, ſyzygia, Tenyvenius.*
Niſi in nominibus propriis biblicis.	Z.	Exc. *Nazianzenum, Nazianzenus, Zeznerus, zezes, zizania, zizanium, zizyphus, zozymus, Zuenziga.*
2. Non occurrit ter.	H.	Exc. *Ichthyophagus, ichthyotrophium, ophthalmographia, phthirophagus.*
	L.	in Latinis verbis niſi geminetur.

Niſi geminetur, antepenultima, aut finalis ſit.	M.	Exc. *Mahumetiſmi, o. Matremfamilias, Matrumfamiliaſ.*
3. Nec occurrit Quinquies.	A.	Exc. *Anagrammata, Cataplaſmata, Tacamahaca, Tamalapatra, Taratantara.*
	O.	
	R.	Exc. *Corroborarer, irroborarer, refrigerarer, tranſverberarer, reverberarer.*
Non collocatur inter ſimiles niſi ſit antepenultima.	Q.	
Niſi ſit ſecunda dictionis littera.	Y.	Exc. *Cotytto, encyclius, encyclopædia, epicyclus, Ogyges, ogygius, a, um, Hemicyclus, Erinnyn.*

VI. TAB.

De Litteris, quæ intervallum habent, nec ſe, niſi intercedentibus duabus, ſubſequuntur.

1. Inter duo non eſt unica tantùm littera.	F.	Exc. *fefelli.*
	Q.	
Niſi alterutrum ſit tertia.	L.	Exc. *Cephalalgia, ciſtellula,*

		la, parallelus, a, um, puellulus, puellula, ſcintillula, ſtellula, expullulo, propullulo, repullulo, repullulaſco, cum Participiis.
	X.	

VII. TAB.

NOn in reciprocis.	F.	Exc. *refer.*
	H.	Exc. *oho.*
	X.	Exc. *axa, oxo, texet, taxat, erexêre.*
	Y.	
	Z.	Exc. *aza, aziza, mazam.*

Proponatur Anagnoſtæ Scriptura ſequens incognita.

Cæſar Imperatori Ciceroni.

72♂μ2.02.φ2.15☿571734.♃2χ2.2χ3φ.
μ3♃3. ♂9☿χ3μ54. 45φ. χ3ξ3ϖ. 1. .φ2.
1♃2442.ϖ9χ☿354.♂7502ϖ3μ1μ2.1μλ52.
2☿9.♂5φ.2☌.3♀41.72.φ1☿χ1φ.♂1♀39.
59ϖ5♀μ1μ2φ. μ5φ. φ25φ. □1♂μ5φ.
♀79♃173.1♃4.μ2.μ735φ♀ξ9.2μ.☿15029.
χ2λ52.3ϖϖ50.φ2.φ952μ.λ590.33.λ53.1.μ2.
☉3φ3443.45χμ.034♂2443442.03♂5χμ57.
5μ.φ3ξ3.757454. ♃2ϖϖ5φ. 3χ□2772χμ.
χ3ξ3ϖ: 2χ3φ. φ1ϖ9. λ51φ. 2μ. φ2. φ23.
43φ3ϖ2φ.

43φ3ϖ2φ.2442.2μ.3ϖϖ94.4ς3.μς.ς2ϖ3φ.
10.ς7♃2φ.φ3ξ3. ♀7124μ9.434.5μ.μς34.
♂9χ43ϖ334. 1μλς2. 9♀3♃ς4. 5μ.
♂9χ4ς2ς3. 3χ. 9φχ3♃ς4. 72♃ς4. 5μ17.
51ϖ2. 09ϖ9♃2ϖϖ1. μς9. χ3ξ3ϖ. 4♂3μ9.
φ3ξ3. 2442. 3ς♂5χ03ς4. ξ1χ♂. 1029.
ξ1♃2♃9. ☿71μ31φ. 3ϖϖ3. χ2λς2. 2χ3φ.
1ϖ3μ27. □1♂272. ♀9μ53μ. μ1χμ1. 23ς4.
ξςφ1χ3μ14. 34. 42χ4ς4. 21. 3χ. φ2.
♃2χ2ς9ϖ2χμ31. &c. &c.

Excerpo litteras finales, geminatas Scripturæ propoſitæ & colligo, quod in quacunque epiſtola facere poſſum, ad vitandam prolixitatem. Sic propoſitam ſcriptam epiſtolam ſolvere poſſum ſine exquiſitiſſimo ſuprà applicato ſcrutinio, ſed ſufficit notare ſeorſim.

1. Finales: 2.4.φ.3.ϖ.9.♂.1.μ.0.7.5.χ.
2. Geminatas: 4.ϖ.7.2.

Dein voculas duarum Litterarum exſcribo, nimirùm: 02. φ2. 2♂. 72.μ2.2μ.33. 5μ.μς.10.3χ.

Trium Litterarum: 45φ. 2☿9. ♂ς♀. μςφ.1♃4.λ53.φ23.453.434.

Quadrilitterarum: 2442.

Hæ voculæ ſufficiunt ad evolvendum ſcriptum; Dico igitur τὸ 3. neceſſariò eſſe τὸ *s*. & voculam *is*, Nominativus Pluralis ab *is*, *ejus*, juxta Regulam de Geminatis tertiam. Sed tranſeat τὸ 33. præſcindamus enim; cùm non in omni ſcripto τὸ *is*, occurrat. Aſſumamus igitur finales, ubi quæritur,

quænam

quænam littera τὸ μ. eſſe poſſit? Reſpondeo: juxta Regulam primam de finalibus: Non eſt *F Q Z.* abſolutè Juxta Regulam ſecundam non eſt *B.* quia τὸ *B.* non eſt finale niſi in *ab*, *ob*, &c. non *D.* quia *D.* tantùm in his quadrilitteris, nempe *haud*, *quid*, *quod*, finale eſt, quorum nullum per vocem 45χμ. repræſentari poteſt, quia τὸ (4.) geminatum paſſim nequit eſſe *Q.* nec *H.* tanquam litteræ geminationis non capaces, nec *G.H P.Y* quia hæ ſunt finales quidem, verùm nulla exceptio quadrat, ut ſignificet voculam (44. Num.) Ex tertia Reg. de finalibus ſtatuo: τὸ μ. non eſſe *L M.* quia non ſunt finales in voculis duarum litterarum. Non *C.* quia quidem dicitur *ac*, ſed non *ca* dicendum, ſi τὸ *C.* in 2μ. eſt *ac*, legitur enim in Epiſtola inverſis characteribus μ2. & 2μ Non *R.* ex eâdem ratione. Nec *u*, eſt τὸ μ. quia dicitur tantùm apud Latinos *Tu.* Si τὸ (2μ.) eſt *Tu.* quæ vox eſt μ2? Neque τὸ μ. ſuſtinet vicem τῦ χ. quia alias τὸ χ eſſet in vocula μ2. initiale in voculis duarum litterarum. Hîc ut vides Benevole Lector ex Principiis Regularum de finalibus per ratiocinium compendioſum excluſi: *b.c.d.f.g.h.l.m.p q r.u x.y.z.* Ergò reſtant adhuc: *a,e,i,o.* Vocales. Conſonantes *N. S T.* Ab hoc tranſeo ad τὸ (2.) quia character hic cum τῷ 2μ. dictionem conſtituit, & ex Regulis de initialibus concludo τὸ (2.) non eſſe *b.c d.f.g.h l.n.p.q.r.t.u x.z.* partim, quia ex his litteris nonnullæ abſolutè non inchoant dictionem ſecundâ & tertiâ eâdem; partim, quia exceptiones, ſi quas hæ litteræ habent, non quadrant vocabulo (2442.) quod eſt reciprocum. *T.* excluditur, quia non eſt initiale. Ergò ſuperſunt: *E. I. O. M, S.* τὸ 2. non eſt (*o*,) quia ſecundùm

dùm tertiam Regulam de initialibus τὸ (o,) in voculis bilitteris non inchoat voculam: Exc. *ob, os, oh*. Verùm nullum ex his applicabile eſt, repræſentabileque per (2μ.) *ob*. τὸ (μ2.) inverſo litterarum ordine pronunciandum (50.) *bo*, barbarum. Non (*S*.) ut ſit (*ſuus*,) cùm τὸ 4. nequeat eſſe (*u*,) propter voculam reciprocam (434.) ſi τὸ (4.) eſt (*u*,) ſequitur τὸ (3.) vel eſſe Vocalem vel Conſonantem. Si Vocalis vel *a*, vel *e*, *i*, *o*. Sed nulla harum interponi poteſt τῷ 4. ante & poſt collocato: neque enim dicunt Latini: *vau*, *veu*, &c. non *ob*, quia non dicitur: *bo*. Nota Lector me de induſtria hîc præſcindere à τῷ (3.) quod eſſe vocalem indubitato evincit poſitio geminata (33.) Ex Conſonantibus τὸ (3.) nulla valere poteſt, præter (*s*.) neque enim ſequentia vocabula Latinis uſitata ſunt: *ubu*, *ucu*, *udu*, *uſu*, &c. Unde ſolum (*S*.) reſtat, ut (434.) idem ſit ac (*uſu*,) ſed & hoc expungitur, quia ex ὑποθέσει τὸ (2442.) ſignificare (*ſuus*,) τὸ (2.) erit *S*. non (3.) Excipis (2442.) repræſentare (*meem*.) Reſp. Neutiquam, quia τὸ (2.) juxta ſuperius de τῷ (2.) ratiocinium nequit eſſe *M*. quia τὸ *M*. non eſt finale in voculis duarum litterarum, in quibus hâc in Epiſtolâ dictionem, e. gr. (2μ.) terminat. Tandem non repræſentat Litteram *l*. Vocalem τὸ (2.) quia Latini non dicunt (*ibbi*, *icci*, *iddi*, *iffi*, &c: quæ & ſequentia barbara ſunt interpoſitâ quacunque Conſonante, ſolo excepto (*L*.) quod facit (*illi*,) quod tamen ideò exploditur, quia τὸ (*L*.) alias in (434.) eſſet initiale ac finale, quod militat contra Reg. 13. Tab. 1. de initialibus. Non Vocalis *a*, *e*, *o*. quia incondita generatur vox, *jaai*, *jeei*, *jooi*. Supereſt igitur τὸ (*u*,) ut τὸ (2442.) denotet *juvi*, à *juvo*;

Quod

Quod tamen expungitur, ſi collatio inſtituatur vocabuli decimi tertii 1 ℤ 2442. & voculæ vigeſimæ nonæ, nempe 1 ℤ 4. Si τὸ (2442.) ſonat (*juvi:*) τὸ 2 ℤ 2442. ſonabit, (*adjuvi*) Si hoc tunc (ℤ.) eſt (δ.) in 1 ℤ 4. deſinetque vocula hæc in *adu*, barbarum & inconditum vocabulum. Unde à poſteriori infero prius eſſe abſurdum, & relinquitur quod τὸ (2.) ſignificet *E.* Invento τῷ (2.) quod determinatè ſit (*e.*) recurro ad τὸ μ. de quo ſupra ratiocinatus fui eſſe ex Vocalibus eum characterem *a,e,i,o.* Si τὸ (2.) quod cum (2μ & μ2.) conjungitur eſt (*e,*) concludo τὸ μ non eſſe *a, i, o.* quia alias τὸ 2μ. ſonaret *ea, ei, eo*, & reciprocè: *ae, ie, oe*, quæ barbara ſunt. Τὸ μ. non valet *e*, quia τὸ (2) eſt *e.* Igitur τὸ μ. erit una ex his conſonantibus *N.S.T.* & conſequenter unum ex his tribus voculis: *en, ne, es, ſe, et, te.* Tranſeo dehinc ad τὸ (4.) quod τὸ (2.) immediatè ſequitur, & pronuncio primùm ex Regulis, quæ agunt de Geminatis, quæ non ſit, quæ disjunctivè ſit. Secundò ex collatione (434.) nec non ipſius vocabuli (2442.) cujus prima & ultima ſunt eædem intermediæ geminatæ. Præciſo igitur invento τῷ (2.) *E.* dico ſecundùm Regulas & quidem primam de Geminatis: τὸ 4. non eſt *H. Q. X. T. Z.* non *A.* juxta ſecundam Reg. de Geminatis, quia τὸ *A.* non geminatur, exc. paucis vel ob paucitatem, vel exceſſum litterarum inapplicabilibus. Non *E.* quia juxta quintam Tabulæ de Geminatis Regularū τὸ *E.* non geminatur in medio, ut hic τὸ 4. videtur. Ergò vi Regulæ de Geminatis excluduntur *A.E.G.H.Q.X.T.Z.* Neque eſt *D.C.B.F.L. M.N.P.T.V.* non *B.* quia juxta Regulam ſecundæ Tab. de finalibus *B.* non eſt finale, niſi in *ab, ob,*

ſub, rob. quorum nullum quadrat τῷ (434.) in quo prima & ultima ſunt pares, ut vox ſonaret, *bab*, abſurdè. Non *C.D.M.* tùm quia non dico, *cac, dad, mum, mem, mim, mom, mum*: tùm quia *C.* non eſt finale in verbis plurium quàm ſeptem litterarum juxta Reg. 4. Tab. de finalibus. Unde ſubſumo: τὸ (4) in vocabulo Num 74 eſt finale in vocab. novem litterarum. Ergò, tùm quia in eodem vocabulo ſc. Num. 74. τὸ (4) eſt finale in verbo geminatam habente, juxta Reg. 6 Tab. de finalibus. Non eſt *L.* ùm quia non dico *lal, lel, lil, lol*, dicendum indubiè, ſi τὸ (4) eſſet (*L*) tùm quia τὸ *L.* juxta Regulam quintæ Tab. de fin. non eſt fin. in verbis plurium, quàm octo litterarum. Atqui τὸ (4) hic eſt finale in voc. Num 74. Ergò tùm quia τὸ *L.* juxta Reg. 6. Tab. de finalibus non eſt finale in verbo geminatâ affecto. Non *F.P* quia hæ non ſunt finales. Reſtant itaque *r, o, u, n, r, s, t.* Ex his non (*o,*) ex tertiâ Regulâ Tabellæ quintæ de occurrentibus, ubi dicitur τὸ (*o,*) *non occurrit quinquies.* Subl. τὸ (4.) in vocab. 45 Num. occurrit quinquies bis geminatum & ſemel abſolutè. E. Neque τὸ *A* ſignificat *R*, ex eâdem Regulâ, quia *R.* quinquies non occurrit. Igitur adhuc ſuperſunt *s, u, n, s.* ex quibus quæ ſit altera via, nempe aſſumendo τὸ *E.* invento nempe charactere 2. demonſtro. Si τὸ 2. eſt *e.* vocula (2442.) ſonaret. Si τὸ 4. eſſet *s*, *esse* Si *u*, *enne.* Si *n*, *enne.* *T. ette.* Quæ omnia abſurda, Latiniſque proſcripta ſunt. Videt Lector Benevolus me tùm ex Regulis, tùm collatione vocularum inter ſe determinatum eruere poſſe characterem præſcindendo τὸ 3. characterem, qui infallibiliter eſt Vocalis, præſcindendo etiam characterem ſolitariè poſitum

ſitum τὸ (1) qui & ipſe eſt Vocalis. Reperto jam τῶ (*S.*) aſſumo voculam (434.) cujus prior & ultima ſunt (*S.*) voculam 34, quæ ex prioris inventione pendent. Character (3.) neceſſariò eſt Vocalis, cum nulla vox Latina vocali deſtituatur. E. vel *a*, vel *e*, vel *i*, vel *o*, vel *u*, non *a*, *e*, *o*, alias diceretur *ſas*, *ſes*, *ſos*. E. vel *i*, vel *u*, ut τὸ (434.) ſignificaret: *Sis*, *ſus*; quorum utrumque Latinum eſt; Cœterum poſteriùs τὸ *ſus* expungi debet, quia non dicitur (*us*,) apud Latinos, quod dicendum, ſi τὸ 3. eſſet *u*, & character (4.) *s*. Habeo igitur etiam τὸ *i*, Vocalem in *ſis*, denotatam per (3.) dein vocalem *E.* & conſonam *S.* Ab hâc tranſeo ad voculam Num. 63. 453. nempe: Prima eſt *S* ultima *l.* intermedia neceſſariò vocalis non *a*, *o*, quia non dicimus *ſai*, *ſoi*, non *e*, tùm quia τὸ *E.* inveni, tùm quia non dicimus: *ſei.* Ex eâdem ratione: non eſt *i*, quia & τὸ *i*, inveni: & quia abſurda emergeret vox *ſii*, &c. Ergò reſtat (*u*,) ut vox ſignificet: *ſui.* Has Vocales, ut & inventas Conſonas deleo in Alphabeto ſcripto ſeorſim. τὸ (5.) nempe *u*, inventum trahit τὸ 5μ. & μ5. poſt ſe. τὸ 5. eſt (*u.*) Ergò τὸ 5μ. erit vel *ut*. vel *vi*, juxta Reg. de Initialibus III. Tab. 1. non *vi*, quia τὸ *i*. jam habeo. E. *ut* per ſufficientem enumerationem μ. eſt *T.* Ex quo fluit vox Num. 72. μ534. *tuis*, & vocab. Num. 101, *ejus.* Dein confero me ad voculam 45φ. Num. 9. collatam cum φ2. φ23. cujus poſteriores duæ deſinunt in *ei*, priore incognita adhuc: τὸ 45φ. incipit à vocalibus: *eu* τὸ φ. neceſſariò eſt conſonans *M*, quia nulla poſtpoſita generat Latinam vocem præter *M.* ſonatque (*eum:*) inde φ2. valet *me*, & φ23. *mei*, & φ25φ *meum.* Ex invento τῶ φ. ſequitur vocabulum 59. Num. nempe

43φ3ϖ2φ. deſinens in *ſimi em.* τὸ ϖ. neceſſariò eſt *L.* ut ſit: *ſimilem:* Dein progredior ad voculam ſextam, nempe 2χ3φ. collatum cum τῷ 3χ. voculâ 78. Num. & voculâ 104. nimirùm, 42χ454. *ſe-ſus.* τὸ χ. eſt *n.* ut ſit *ſenſus.* (3χ. *in.*) & 2χ3φ. *enim.* Ulterius promoveo pedem, aſſumoque voculam 02. 10. 3ϖϖ50. 03φ34.43. 3ϖϖ3. *illi.* affirmoque τὸ (0,) in 3ϖϖ50. ſignificare (*illud,*) hinc *dimiſſi, de* ſignificatum per 02. & 10. quod notat, *ad: id*, enim nequit repræſentari, quia τὸ *i*, jam repertum eſt. Dein progredior ad aliam litteram vel characterem potius nempe τὸ ♃. in vocabulo ♃2χ2. dicoque eſſe (6.) ut ſit *benè.* Hinc vocabulum Num 50. oritur: *bellum.* Hoc excipit vocabulum ultimum: *benevolentia.* τὸ (9.) neceſſariò eſt vocalis (*o,*) ut emergat *benevolentia.* Jam omnes vocales inveſtigavi præter τὸ (*a,*) quæ eſt ſignificata per characterem (1.) ſolitariè poſitum. Sed, etſi non ſolitariè poſitus eſſet character (1.) nihilominus probare poſſem, τὸ (1.) eſſe *a.* vocalem ex voculâ μιλμ1. *tant* τὸ (1.) neceſſariò eſt vocalis, nulla autem niſi (*a,*) tùm quia omnes reliquos jam habeo; tùm quia non emergeret vox Latinis uſitata. E. τὸ (1) eſt *a.* Nunc habeo omnes vocales:

a. e. i. o. u.
1. 2. 3. 9. 5.

Dein ad inveſtigationem reliquorum characterum 7. ♂. ☿. ξ λ. □. ♀. promoveo, affirmoque τὸ ♂. eſſe *c.* vocabulumque 46. Num. valere *diſceſſiſſe.* τὸ 7. eſſe *R.* unde oritur vocula (Num. 81.) nempe (*utar,*) & τὸ 72. *re.* τὸ ☿. in voce Num. 93. *gratiam,* &c. τὸ ξ. eſſe *H.* hinc *mihi, nihil.* prius Num. 48. poſterius (Num. 52.) ♀. Characterem eſſe

p. hinc *caput*, vocula 23. Num.&c. □.Characterem eſſe *f.* hinc (*facere*,) vocab. 98. Num. τὸ λ, eſſe *Q.* tùm *quia.* Τῷ λ. ſequitur perpetuo unus idemque character, nempe (5.) tùm quia nulla alia Conſonans efficeret vocem latinam, ſi interponeretur, præterquam τὸ *Q.* ♂. eſſe *X.* in 2 ♂. Sic omnibus characteribus inventis Alphabetum eſt hoc:

E.	*I.*	*S.*	*V.*	*T.*	*M.*	*L.*	*N.*	*D.*	*B.*	*O.*
2.	3.	4.	5.	μ.	φ.	ϖ.	χ.	O.	♃.	9.
A.	*C.*	*R.*	*P.*	*f.*	*g.*	*h.*	*Q.*	*X.*		
1.	♂.	7.	♀.	□.	☿.	ξ.	λ.	☍.		

Epiſtola itaque reſoluta eſt Cæſaris ad Ciceronem hujus ſententiæ:

REctè de me augurаris, (benè enim tibi cognitus ſum,) nihil à me abeſſe longius crudelitate, Atque ego, cùm ex ipſa re magnam capio voluptatem, tùm meum factum probari abs te, triumpho & gaudeo, neque illud me movet, quòd ii, qui à me dimiſſi ſunt, diſceſſiſſe dicuntur, ut mihi rurſus bellum inferrent: nihil enim malo, quàm & me mei ſimilem eſſe, & illos ſui. Tu velim mihi ad urbem præſtò ſis, ut tuis conſiliis atque opibus, ut conſuevi, in omnibus rebus utar. Dolobella tuo nihil mihi ſcito eſſe jucundius. Hanc adeò habebo gratiam illi, neque enim aliter facere potuit. Tanta ejus humanitas, is ſenſus, ea in me eſt benevolentia. Vale, &c.

Alia quoque viâ poteſt hæc epiſtola inveſtigari, nempe ſi incipias à τῷ *Q.* hâc ratione.

Characteres: 1. 2. ♂. o. ☿. □. ☿. ξ. 3. ϖ. φ. χ. 9. ♀. 7. μ 5. 4.

non denotant *Q* quia omnes hos characteres ſequuntur diverſi quod eſt contra naturam τοῦ *Q*. τὸ ☍. non repræſentat *Q* quia τὸ ☍. eſt finale in vocula Num. 19. quod τῷ *Q*. adverſatur. Ergò erit τὸ λ. ex ὑποθέσεως, exiſtere τὸ *Q*. in hoc ſcripto: Hoc ſuppoſito, ſtatuo ſequentes characteres τὴν antecedaneam *Q*. litteram eſſe extra controverſiam Vocales, nempe 5. 2. 3. 9. 1. quinque vocales indeterminatè τὸ 3. in voculâ (λ53.) indubitato eſt vel *a*, vel *i*, vel *o*. τὸ 5. eſt *u*, quippe ſequens τὴν *Q*. Hoc cognito exſcribo bilitteras voculas & trilitteras.

Bilitteræ ſunt: O2. φ2. 72. μ2. 2μ. 5μ. 2☍. μ5. 10. 3χ. 34. 21.

Trilitteræ: 45φ. 2☿9. ♂5♀. μ5φ. 1♃4. λ53 φ32. 453. 434. μ59.

Quadrilitteræ: 2442. 3ϖϖ3.

Ex quarum vocularum inſpectione concludo: Characteres:

ϖ. O. φ. 7. ☍. μ. χ. 4. eſſe Conſonantes, probè notandas, &c. Inde pergo dicoque τὸ μ. eſt Conſona. τὸ 5. eſt τὸ *u*, vocalis. Ergò neceſſariò τὸ μ erit *T*. & orietur vocula *ut*, & promanans *Tu*. Ita inveni τὸ *u*, & *T*. Hoc μ. quod *T*. eſſe deprehendi occaſionem præbet inveniendi τὸ (μ2.) & (2μ.) τὸ μ2. erit vel *te*, vel *ti*: *Tu* jam habeo. Non *Tî* pro Tibi, quia obſoletum. Ergò *te*. Hinc fluens: (*et.*) Ulterius eo, ad voculam (μ5φ.) prima eſt *T*. ſecunda *V*. tertia eſt conſonans, ut demonſtratum: Nulla *a*. præter *M*. quia quæcunque con-

ſona

ſona in fine ponatur illatinam parit vocem. Ex hâc voculâ fluit: τὸ φ2. (*me.*) Inde transgredior ad voculam (45φ.) terminatam in (· *um.*) Primâ adhuc latente, nempe τὸ 4. quæ eſt conſonans. Ergò *c.d.n.s t.* non *T.* tùm quod jam habeo τὸ *T.* tùm, quia ſi nondum haberem, non tamen eſſet *T.* ob vocabulum 244 2. deſituram in (*ette,*) barbarum vocabulum. Non *C.D.N.* ob vocabulum 34. & 434. Si τὸ 4. eſt *c. d.* tunc vocula 434. ſonabit *cac*, &c. *dad*, &c. Non *N.* tùm quia ſequeretur voculam (2432.) deſinere in (*enne,*) tùm quia repugnat τὸ (434.) quod ſignificaret, (*nan,*) (*nen,*) (*nin,*) (*non,*) (*nun.*) *Nun*, *nen*, præterquam quod barbara ſunt excluduntur, quia jam inveni τὸ *E.* Non (*nin,*) quia barbara vox. Non (*Non,*) quia non dicitur apud Latinos (*on,*) quod neceſſariò dicendum eſſet de vocula 34. Si τὸ 434. ſignificaret (*non.*) Reſtat igitur (*S.*) ut prodeat vocula *ſum.* Ex hâc dependet voculâ 434. denotans: *Sis.* Reliqua enim *ſas* *ſes*, *ſos*, latina non ſunt. *Sus* exploditur, & propter voculam 34 & quia τὸ *u* jam habeo. Supereſt vocalis *a*, & *o*. quarum alterutra ineſſe debet in vocula 2 ·. prior eſt (*e.*) Quæritur: quænam ſit τὸ (1.) Reſp. non (*o,*) quia alias ſequeretur voculam Num 66. nempè τὸ 10. inchoare ab *o.* littera vocali, & vel *ob*, vel *os*, vel *oh*, denotare. Poſterius autem non quadrat; quia τὸ *s.* jam inveni; prius non, quia character (*o.*) nequit ſignificare (*b*) ob voculam (02.) ſecundam numero; daretur enim vocula Latina incipiens à *b.* quod Latinis eſt incognitum. Non *oh*, quia τὸ *o*, non eſt *H.* Ergò τὸ (1.) erit *a.* *O.* Vocalis repræſentata per cha-

racterem 9. in λ590, vocabulo Num. 38. hinc oritur (*Tuo,*) vocula Num. 84.

Igitur Vocales quinque determinatè ſunt ſeqq.

1.	2.	3.	9.	5.
a.	*e.*	*i.*	*o.*	*u.*

Quibus inventis facile eſt indagare Conſonantes, ut non opus ſit hic prolixioribus nobis eſſe. Vel Tyro reliquas litteras eruere potuerit, maximè ſi vocales inventas, conſonantesque vocabulis ſuperſcripſerit. Jam videt Lector, non una tantù*m* viâ ſolvi poſſe ſcriptum occultum, præſertim ſi plures litteras contineat.

Exemplum à DN. SCHORERO *elaboratum.*

λη57. 73η3α3. α9. 7μ9ω686ω. λη8θ56. α9. 6ηλα8. ως3η6. λη87. λααςλακω3. 5745η458. α5λακω3α7. α9α45α3ω3η6. η3. φωκαη7. §ηκκω38θς6. 7ς6α3α7. αςλακω3η. η6η98. η3. §ς§αϱϱ8. ψς6αρη7. η3. §ω5§ηθη6. α573αφακω3η. ηθα§α3η. §ως§ηθη6. η3. η6η9ς6. λη. 6ω9ς. §ηκκω38θα7. ϱα2ηθω3η. 9η7καηθς93. 9η45η. α93ηϱϱηγηθς93. α9. 3η9η2θα7. ω625ϱω93. 685η25935θ. 869αω. φς9λω6η93ω. 3ηθθωη. η68. λαγα. λαα. η73α7. η3. φαϱαα. ηγκηϱ7α. 860η7. 587. ως3η6. 7ακς3. ψ86α9η7. 68θαη6α9α. η3. 7ακς3. 5957. λη. §θα9κα§α2ς7. κωλη3α7. 75θ6η. λη57. αςλακω. 3ηθθω6. 4589αω6. 3ς. ψωηθηλα3ω2α7. α9. 869α257. 6η93α257.

Pro

Pro hujus aliarumque occultarum Scripturarum ſolutione omninò neceſſarium eſt, ut omnes Regulæ de ſingulis litteris non tantùm juxta ordinem perlegantur, ſed etiam probè perpendantur, quænam in propoſitâ Scripturâ applicari poſſit. Indagatio autem ſeu ſcrutinium litterarum, pro quanam littera hic vel ille character ſubſtitutus ſit, ſequenti modo inſtituitur. Proprietates litterarum juxta ordinem Regularum perlegendæ ſunt, quod dùm fit, occurrunt Lectori duæ Regulæ de Littera A, quarum prior in præſenti Scripturâ applicabilis eſt, cujus verba ita ſonant: *A. non geminatur in Latinis verbis:* Exc. *Aa, Aaron, baaras, Iſaacus, Phraates.* Hæc verba excepta conferenda ſunt cum illis Scripturæ dictionibus, in quibus geminata littera occurrit, nempè cum 10. 16. 21. 32. 36. 43. 46. 49. & 66. dictionibus facilè autem apparet, nullam harum dictionum convenire cum verbis exceptis, partim ratione litterarum multitudinis, partim ratione paucitatis earum, partim ratione ſitus litterarum: λααςλακω3. §ηκκω38θ56. §ηκκω58θα7. & α93ηϱϱηγηθ593. Longiora ſunt verbis exceptis, λαα brevius eſt, quàm verba excepta, §5§αϱϱ8. 3ηθθωη. φαραα. & 3ηθθω6. ratione ſitus litterarum non conveniunt cum verbis à Regula exceptis. Cum ergò nulla dictio ſignificet *Aa, Aaron, Baaras, Iſaacus*, neque *Phraates*, talis in quarto primæ figuræ modo formari poteſt Syllogiſmus: Nullus character geminatus eſt *A*: Quidam characteres α. κ. ρ. θ. ſunt geminati: Ergò hi characteres α. κ. ϱ. θ. non ſunt *A*. Major Propoſitio probatur ex noſtrâ primâ Regulâ litteræ *A.* hæc

Regula autem in proprietate ſive naturâ Latinæ Linguæ fundata eſt: Minor ex commemoratis dictionibus patet: Concluſio in peculiari ſchedulâ, ut infrà monſtrabitur, annotanda eſt. Poſterior littera *A.* Regula in præſenti Scriptura non poteſt applicari, cùm nulla dictio reperiatur, in quâ character aliquis quinquies occurreret.

Prima Regula litteræ *b.* applicabilis eſt in verbo λααςλακωȝ. Semper autem Steganographiæ Studioſus prius verba excepta contemplari debet, antequam ex aliqua Regula hoc vel illud pronunciet. Verba excepta declinanda & conjuganda ſunt. Primo enim intuitu omnia videntur pauciores litteras habere, quàm τὸ λααςλακωȝ. Si verò *bijugus, a, um,* declinetur, deprehenditur ejus Genitivum Pluralem novem conſtare litteris, ſic etiam Dativus & Ablativus Pluralis τῦ *bijugis, e,* totidem litteras habet, quot τὸ λααςλακωȝ. Proinde hoc verbum non ſignificare *bijugibus, bijugorum, bijugarum,* non ex numero, ſed tantùm ex litterarum ſitu dignòſcitur, penultima enim littera in iſtis verbis bis occurrit, in λααςλακωȝ autem α. ſemel tantùm reperitur. Cùm ergò videam nullum verbum exceptum convenire cum λααςλακωȝ. certò concludere poſſum characterem λ. initialem non eſſe *b.* quæ concluſio in peculiari ſchedulâ, ut monſtrabitur infrà, annotanda eſt. Porrò ex ſecundâ Regulâ litteræ *B.* ὕτω λογίζομαι: Nullus character initialis in voculis duarum litterarum eſt *b:* Atqui α. η. λ. ȝ. initiales ſunt in voculis α9. ηȝ. λη. & 35. Ergò hi characteres α. η. λ. ȝ. non ſunt *b.* Hæc concluſio in peculiari ſchedulâ pro ſcrutinio littera-

rum

rum deſtinatâ annotanda eſt. Tertia Regula litteræ *B.* in hac occulta Scriptura non poteſt applicari. Quarta autem Regula applicari poteſt in hiſce verbis §ς§αϱϱ8. α93ηϱϱηγηθς93. & φαααα. inde enim demonſtratur ϱ. & α. non eſſe *b.* quia in his dictionibus ϱ & α. ſunt quinta littera, *b.* autem, ſi geminatur, ſemper eſt tertia dictionis littera; quod autem ϱ. & α. non ſint *b.* in ſchedulâ etiam annotetur. Juxta Regulam quintam ita poſſum argumentari: Nullus character geminatam litteram ſequens poteſt eſſe *b.* Atqui ςα8η. ſequuntur geminatam litteram: Ergò ςα8η non poſſunt eſſe *b.* Major Syllogiſmi Propoſitio in proprietate ſeu Naturâ Latinæ Linguæ fundata eſt; Minor ſatis apparet ex ſuprà commemoratis dictionibus, concluſio in ſchedula annotanda eſt. Sexta Regula in hac occulta Scriptura non poteſt applicari. Septima autem in quâvis Scriptura applicabilis intellectuque facillima eſt; Juxta hanc enim quivis Lector animadvertit hos characteres 973ω68ηςθα. non valere *b,* quia finales ſunt, hos decem characteres autem non eſſe *b,* in certa ſchedula (ut ſæpè jam monui,) annotandum eſt. Prima Regula litteræ *C.* in hâc Scripturâ non applicari poteſt. Secunda verò in hiſce voculis α9. η3. λη, 35. ita applicanda eſt, ut perpendatur, an aliqua harum poſſit ſignificare *ac,* quod autem α, non valeat *a,* ſuperius demonſtravi, & annotandum eſſe monui. Etſi verò de η λ. & 3. nequeam probare, quòd non ſint *a,* poſſum tamen de poſteriore ſingularum vocularum charactere demonſtrare, quòd non ſit *c,* idque, hoc modo; Certum eſt, quòd α9. non ſignificet *ac,* quia α, non

eſt

eſt *a*, nulla autem datur vocula duarum litterarum, in quâ ſit *c* præter *ac*, ergò 9. non eſt *c*. Quòd autem 3η5. non ſint *c*, innoteſcit ex applicatione tertiæ Regulæ in hiſce dictionibus: 73η3α3. α93ηϱϱηγηθ593 685η259358. in quibus 3. η. 5. ter occurrunt, neque tamen geminantur, nec initiales ſunt, unde juxta Regulam non poſſunt eſſe *c*. neque λ. eſt *c*, quia unica vocula in ſecundâ Regulâ excipitur, cujus non prior, ſed poſterior littera eſt *c*. Notum igitur eſt partim ex ſecundâ, partim ex tertia Regula α9η3λϛ. non eſſe *c*., quod etiam in peculiari ſchedula annotandum eſt Quarta Regula oſtendit in verbo 7μ9ω686ω. quod 6. non ſit *c*. Licet enim inter verba excepta tria occurrant, quæ totidem litteras habent, nempe *efficaci, e*, *pracoci, e*, *quercica, e, i, o*, facilè tamen patet occultam dictionem non ſignificare *efficaci, e*, quia ſecundus character μ. non geminatur, neque *pracoci, e*, quia *p*. non eſt finalis, 7. verò in multis verbis finalis eſt, nec *quercica*, *e, i, o*, propter eandem rationem; cùm ergò inter verba excepta nullum cum occulta dictione congruat, ſequitur 6. non valere *c*. quod etiam in ſchedulâ annotandum eſt. Antequam verò quintam Regulam applicem, geminati characteres prius examinandi ſunt ex primâ Regulâ litteræ *i*, an aliquis illorum ſit *i*, quæ Regula intellectu difficilis eſt; Propterea prolixâ explicatione indiget. Steganographiæ Studioſus certo ſibi perſuaſum habeat, nullum verbum in hac Regula fruſtra poſitum eſſe; Itaque hujus Regulæ conditiones probè perpendat, verba excepta declinando & conjugando diligenter examinet, verba autem iſtius

Regulæ intellectu difficillimæ ita ſe habent: [a.] *Geminatum i. ſequitur c, s, t. aut u:* Exc. *iidem.* Hic notandum eſt, quod per τὸ geminatum non Nominativus, ſed Accuſativus intelligendus ſit, hoc ſenſu: τὴν Geminatam *i*, aliqua enim harum litterarum nempè *c s. t.* aut *u.* immediatè ſequitur τὴν geminatam *i.* Quot autem ſunt litteræ, quæ geminatum *i*, ſequi poſſunt, totidem quoque ſunt conditiones, quibus inter ſe dignoſcuntur. Si τὴν geminatam *i*, ſequitur *c*, tunc proxima littera poſt *c.* eadem eſt cum geminata, vel cum tertia poſt *c.* litterâ: Excipe ſecundam perſonam Singularis Præſentis Imperativi Activi in Compoſitis verbi *jacio.* Hic non opus eſt, ut illa Compoſita perlegantur aut examinentur, multò minus, ut conjugentur, ſed cognitu facillimum eſt, an occultum verbum ſit ſecunda perſona Singularis Præſentis Imperativi Activi alicujus Compoſiti à verbo *jacio:* Steganographiæ Studioſus tantùm verbum inſpiciat & obſervet, an duæ litteræ in aliqua dictione ſuperſint poſt geminatam litteram, tunc enim poterit eſſe dicta Imperativi Perſona; Si verò unica tantùm littera, aut plures, quàm duæ poſt geminatam litteræ in aliquo verbo ſuperſunt, certum eſt, non eſſe illam denominatam perſonam, unde intelligere poteſt Lector *λααςλαϰω3. §ηϰϰω38θ56. §ηϰϰω38θα7. λαα. α93ηϱϱηγι.θ593. §ς§αϱϱ8. φαϱαα.* non eſſe Perſonam illam Imperativi à Regula excipiendam; Intelliget etiam hæc verba inſpiciens & contemplans,

[a.] *ad evitandam ambiguitatem hæc Regula in τῷ i. correcta eſt præfixo Articulo τὴν geminatam i. ſequitur &c. Olim ita concepta erat Regula.*

plans, quod 5. ω. η. & 8. non ſit *c*, quia proxima littera poſt 5. ω. η. 8. non eadem eſt cum geminata, neque eadem cum tertia poſt 5. ω. η. 8. littera; hac conditione obſervata nunc demum ex quintâ Regulâ litteræ *C.* concludere poſſum litteras in propoſita Scriptura geminatam ſequentes non eſſe *c*, quod autem 5. ω. η, 8. non ſint *c*, in certâ ſchedulâ annotandum eſt. Sexta ſeptimaque Regula litteræ *c* in hac Scriptura applicari nequeunt. Juxta octavam Regulam deprehendo, quòd ωω3η. 6678. nequeant eſſe *c*, quod etiam annotandúm. Nona Regula de 6η387. confirmat, quod ex octava demonſtravi. Decima Regula de ωω367. confirmat, quod anteà demonſtratum eſt. Ex undecimâ Regulâ confirmatur ω & η. non eſſe *c*, juxta duo verba 9η45η. φωϱωω. Duodecima in hac Scriptura nullum habet uſum. Decima tertia de ω η. 5. confirmat, quod ſuperius jam demonſtratum eſt. Decima quarta etiam nihil novi oſtendit, quod non ex præcedentibus Regulis jam cognitum eſſet.

Prima Regula litteræ *D.* indicat ω. κ. ρ. in verbis §ηκκω38θς6. §ς§ωϱϱ8. φωϱωω. non eſſe *d*, quod Lectori annotare debet, θ. autem in verbis 3ηθθωη. 3ηθθω6. non eſſe *d*, ex hac Regula (propter excepta verba, quæ non obiter inſpicienda, ſed declinanda & conjuganda ſunt,) demonſtrari nequit; poſſet enim ſignificare: *reddis*, *reddit*, *reddam*, *reddas*, *reddat*, non autem *reddes*, *reddet*, quia ſecunda & penultima littera in occultis verbis non ſunt eædem. Secunda Regula in hac Scriptura applicari nequit. Juxta tertiam Regulam ω. η. 3. ς. non eſt *D.* Quarta quoque Regula confirmat ω. non

non eſſe *d.* Juxta quintam Regulam *n.* *ω.* 5. & 8. non poſſunt eſſe *d*, quod annotandum eſt. Prius quam ſexta Reg. applicetur in verbo *α93ηϛϛηγη*θ*59ʒ.* Regulæ in littera *N*, perlegendæ ſunt, ubi ex tertiâ Regula innoteſcit quod ϛ. in *λααϛλωκωʒ.* non poſſit eſſe *n*; cognito autem, quòd ϛ non ſit *n*, nunc demum ex ſexta Regula litteræ *D.* certò concludere poſſum 9. non eſſe *d*, quod annotandum eſt. Septima confirmat ϛ. non eſſe *d*. Antequam octava Regula in dictione *ϛ7+ϛη458.* applicetur, prius littera *η.* ex Regulis litteræ *N.* examinanda eſt, an poſſit valere *n*, ubi Lector tertiam Regulam ad longiſſimum hujus Scripturæ verbum applicaturus animadvertet *η.* non eſſe *n*; hoc cognito, juxta octavam Regulam litteræ *D.* certò ſcio 4. non valere *d*, quod autem 4. non ſit *d*, in ſchedula annotandum eſt. Nona Regula ad dictionem *ψωηθηλαʒω2α7.* applicata innuit, *ω* non eſſe *d*, quod etiam annotandum. Ex decima Regula, quæ intellectu facillima eſt, innoteſcit *αηʒωϛ6789θ.* non eſſe *d*, quod autem hi decem characteres non ſint *d*, diligenter annotandum eſt.

Prima litteræ *E.* Regula hic non applicabilis eſt. Ex ſecunda verò Regula innoteſcit geminatam litteram in longiſſimo verbo, nempè *ϛ.* non eſſe *e*. Sic ex tertia Regula innoteſcit *θ.* in *ʒηθθωη.* & *ʒηθθω6.* non eſſe *e*, quod autem nec *ϛ.* neque *θ* ſit *e*, in ſchedula aſſignandum eſt. Quarta Regula hic nullum habet uſum.

Regulæ litteræ *F.* omnes præter octavam in hac Scriptura applicari poſſunt. Prima arguit *αηʒλϛ9.* non eſſe *f.* Juxta ſecundam certum eſt *η39μϛ678ωϐαθγ.*

η39μ5678ωϐαθγ. non eſſe *f*. Ex tertia Regula apparet 4. non eſſe *f*. Quarta confirmat κ.η. & λ. non eſſe *f*. Quinta confirmat κηω8. non eſſe *f*. Sexta demonſtrat §. non eſſe *f*, quod enim §5§κεε8. non poſſit eſſe Præteritum verbi *fallo*, inde apparet, quia ſecunda & quarta littera in Præteritis verbi *fallo*, ſemper eædem ſunt, nempe duo *LL*. in hac dictione verò diverſæ. Septima confirmat κη35. non eſſe *f*. Nona αϐγ35ρ789ηωκ. non eſſe *f*. confirmat. Decima denique αω3θ56789η. non eſſe *f*. confirmat, quæ omnia Steganographiæ Studioſus in certa ſchedula annotare debet.

Prima Regula litteræ *G*. arguit λ. non eſſe *g*. Secunda innuit κηλ3. non eſſe *g*. Ex tertia Regula innoteſcit ε. non eſſe *g*. Quarta Regula duobus conſtat enunciatis, quorum poſterius in hac Scriptura quidem applicabile eſt, ita tamen, ut prius inveſtigetur an η. in §ηκκω38θ56. & 3ηθθωη. poſſit eſſe *u*, ex tertia autem Regula litteræ *u*, innoteſcit κ. non eſſe *u*, quæ Regula exceptione caret, juxta quam ita poſſum argumentari: In quacunque dictione tertia & quarta à fine littera eædem ſunt, in illâ *u*, non eſt finalis: Atqui in hac dictione 3ηθθωη. tertia & quarta à fine littera eædem ſunt, ergò finalis η. non eſt *u*; unde porrò juxta poſterius enunciatum quartæ Regulæ in littera *G*. concludere poſſum, neque κ nec θ. eſſe *g*. Quinta Regula arguit 5ωη8. non eſſe *g*. Sextæ Regulæ exceptiones non obiter perlegendæ, ſed ſingulæ dictiones diligenter declinandæ ſunt. Hoc modo Steganographiæ Studioſus deprehendet aliquot dictiones octo litteris conſtare, nempe *demagogi,o,e, nugigera,i,o, ogygidæ,am,*

as,

as, is, paragoge, ſynagoga; hæ omnes numero litterarum cum 7μ9ω686ω. conveniunt, quænam autem ex his in occulta Scriptura occurrat, non ex numero, ſed ex ſitu litterarum inveſtigandum eſt, ubi Lector obſervet in 7μ9ω686ω. non tantùm quintam & ſeptimam litteram, ut in *demagogi*, eandem eſſe, ſed etiam quartam & ultimam: in *Paragoge* quidem quinta & ſeptima littera eædem ſunt, quarta verò non eſt eadem cum ultimâ, ſed cum ſecundâ; Apparet igitur, quòd occultum hoc verbum 7μ9ω686ω. ſignificet: *Synagoga*. Ex hac dictione Steganographiæ Studioſo ſex litteræ jam innoteſcunt, nempè quod 7. ſignificet *s*, μ. valeat *y*, quod 9. denotet *n*, quod ω. pro *a*, 6 pro *g*, poſitum ſit, 8. pro littera *o*; ſex igitur litteræ non negativè, ut anteà, ſed affirmativè in ſchedula annotandæ ſunt. Cognitâ autem litterâ *g*, quòd nempè 6. verè denotet *g*, cæteras Regulas litteræ *g*, perlegere ſupervacaneum eſt. Pergendum igitur ad litteram *h*.

Prima Regula litteræ *h*. exceptione carens luculenter oſtendit x α.ξ.θ. non eſſe *h*. Secunda arguit λ. & η. non denotare *h*. Tertia innuit αη35. non valere *h*. Quarta applicata in verbo §5§αρρ8. declarat §. non eſſe *h*. Quinta confirmat αη5. non eſſe *h*. Juxta Regulam ſextam ita argumentor: *H. non eſt ſecunda littera niſi initialis ſit c.p r. aut t.* Atqui 6. eſt ſecundus dictionis character in verbis 869η7. 869aω. & 869a257. quorum initialis non eſt *c.p.r.* neque *t*. Ergò 6. non poteſt eſſe *h*. Minor probatur ex cognita dictione 7μ9ω686ω. quæ ſignificat *Synagoga*, unde patet 8. non eſſe *c.p.r.t.* ſed valere *o*. Ex ſeptimâ Regulâ demonſtratur 4.

non eſſe *h*, ita argumentando: *H. non occurrit bis in dictione niſi initialis ſit, ut utrumque præcedat c. p. aut t.* Atqui 4. in verbo 5745ν458. bis occurrit, cùm tamen non ſit initialis, neque eum præcedat *c. p.* aut *t.* Ergò 4. non poteſt eſſe *h.* Minor probatur ex verbo 7μ9ω686ω. quod ſignificat *Synagoga*, unde patet 7. non eſſe *c. p.* neque *t*, ſed verè eſſe *s.* In hac Regula notet Steganographiæ Studioſus, quòd τὸ [*b.*] utrumque non Nominativus ſit, ſed Accuſativus. Octava in hac Scriptura non eſt applicabilis. Nona confirmat α. 5 9. non eſſe *h.* Decima confirmat α. ν. ω. non eſſe *h.* Ex præcedentibus quidem jam cognitum eſt 5. non eſſe *h*; ut tamen Lector undecimam Regulam intelligere diſcat, oſtendam ejus uſùm in duobus verbis: In primâ voce λν57. certum eſt 5. non eſſe *h*, quia finalis littera 7. non eſt *a, e, i*, neque *o*, quòd autem 7. non ſit *a, e, i*, neque *o*, ſed *s*, ſupra in explicatione ſextæ Regulæ in littera *G.* ex dictione *Synagoga* demonſtratum eſt. Notet hic Steganographiæ Studioſus, ſi certò ſciat finalem litteram non eſſe *a, e, i*, neque *o*, quod tunc non opus ſit, ut antepènultima littera indagetur, & viciſſim, ſi certò ſciat antepenultimam non eſſe *a, c, e, p, r*, neque *t*, quod non opus ſit, ut finalis littera indagetur, ſed alterutrius litteræ nempe antepenultimæ aut finalis indagatio ſufficit. Quemadmòdum verò ex cognitione finalis litteræ patet, 5. in voce λν57. non eſſe *h*, qualiſcunque ſit antepenultima; ita ex cognitione antèpenultimæ litteræ in verbo ν6ν956. quod nempè 9. non ſit *a, c, e, p, r*, neque *t*, patet etiam 5. non eſſe *h*, qualiſcunque ſit

[*b.*] *Planè ſicut* geminatum *eſt Accuſativus, in primâ Regula Littera I.*

ſit finalis littera. Quòd autem 9. non ſit *a,c,e,p,r,* neque *t*, ſed *n*, ſupra quoque in explicatione ſextæ Regulæ in littera *G.* demonſtratum eſt. Ultima Regula litteræ *h.* intellectu facilis eſt, ex ea ſatis patet 73ω68η5θ & α. non eſſe *h*, quod in peculiari ſchedula annotandum eſt

Prima Regula litteræ *l.* omnium intellectu difficillima eſt; in hac probè ſingula verba obſervanda ſunt, nullum enim verbum fruſtra poſitum eſt. Hic Steganographiæ Studioſus notet, quòd τὸ geminatum non ſit Nominativus, ſed Accuſativus. Verba autem hujus Regulæ ita ſe habent, *Geminatum i. ſequitur c, s, t, aut u.* Exc. *Iidem.* Facilè autem cuivis patet, nullam in hac Scriptura occurrere dictionem, quæ ſignificare poſſit *iidem*. Verba, in quibus hæc Regula applicari poteſt, ſunt. iſta: λααςλαкω3. §ς§αρρ8. §ηкκω38θ56. §ηкκω38θά7. α93ηρρηγηθ593. 3ηθθωη. 3ηθθω6. quod in nullo horum verborum geminatam ſequatur *c*, ſupra in explicatione quintæ Regulæ litteræ *c*, demonſtravi. An geminatum ſequatur *s*, non opus eſt indagare, cùm littera *s*, jam innotuerit ex dictione *Synagoga.* Si poſt geminatum *i*, ſequitur *t*, *T.* dictionem finit, ergò in iſtis verbis 5. ω. & η. non poſſunt eſſe *t*, quòd 8 dictionem finiens non ſit *t*, ſed *o* etiam ex illa dictione patet. Reliquum ergò eſt indagare, an aliquam geminatam ſequatur *u*, quod non niſi ex declinatione & conjugatione enumeratorum verborum deprehenditur. Enumerantur autem decem dictiones, in quibus poſt geminatum *i*, ſequitur *u*, in octo prioribus occurrit littera *g*, quæ in hac Scriptura per 6. denotatur, ut patet ex dictione

Synagoga; cùm autem ϵ. in hâc Scriptura non reperiatur in illis verbis, in quibus geminata littera occurrit, certum eſt, quòd nulla priorum octo dictionum in hac Scriptura locum habeat. Nona dictio nempè *dijudicatio* longior eſt, quàm occulta vox λααςλακαȝ. Decimum autem verbum, nempè *dijudico* conjugandum eſt, quod ſi fiat, Steganographiæ Studioſus deprehendet λααςλακαȝ. ſignificare *dijudicas, dijudicat*, aut *dijudicem, es, et*, penultimam autem litteram non eſſe *e*, ſed *a*, item ultimam non eſſe *s*, ſed *t*, patet ex ſuprà inventa dictione *Synagoga*, unde nunc emergit λααςλακαȝ. ſignificare *dijudicat*. Duabus jam dictionibus inventis, *Synagoga* & *dijudicat*, Steganographiæ Studioſo undecim litteræ innoteſcunt, nempè α. poſitum eſſe pro *a*, κ. ſignificare *c*, λ. denotare *d*. ϵ. pro *g*. ſubſtitutum eſſe. α. ſignificare *i*, 9. denotare *n*. 8. valere *o*, 7 poſitum eſſe pro *s*. ȝ. pro *t*. ς. poſitum eſſe pro *u*. μ. pro *y*. Hæ undecim litteræ *a, c, d, g, i, n, o, s, t, u, y*. in ſchedula pro hoc negotio deſtinata diligenter annotandæ ſunt. Cognitâ litterâ *i*, reliquas Regulas litteræ *i*, perpendere ſupervacaneum eſt. Pergendum itaque eſt ad litteram *L*, illiusque Regularum applicatio etiam oſtendenda eſt

Prima litteræ *L*. Regula confirmat λ. non eſſe *l*. Juxta ſecundam α9ηȝλς. non ſunt *l*. Tertia Regula in hac Scriptura applicari nequit. Juxta quartam α.ϵ.ȝ η. non ſunt *l*. Juxta quintam α.η.ς 7. & §. non ſunt *l*. Sexta in hac Scriptura non eſt applicabilis. Ex ſeptima patet α. non eſſe *l*. Juxta octavam ȝα7ηα. non ſunt *l*. Juxta nonam Regulam αηȝς. non ſunt *l*. Juxta decimam αης. non ſunt

ſunt *l*. Juxta undecimam αη3678. non ſunt *l*. Secundùm duodecimam αη3ωθ67. non ſunt *l*.

Prima Regula litteræ *M*. confirmat λ. non eſſe *m*. Secunda ejus Regula arguit 9. in verbo α93ηςεηγηθ593. non eſſe *m*, item in verbo φαρα. α. non eſſe *m*. Tertia quoque confirmat α. non eſſe *m*. Quarta in hac Scriptura non poteſt applicari. Juxta quintam 5 α. & η. non ſunt *m*. Juxta ſextam α.η. & 5. non ſunt *m*, quia α.η.5. in iis dictionibus, in quibus ter occurrunt, non geminantur, nec antepenultimæ, neque finales ſunt. Juxta ſeptimam 5.η.ω. geminatam ſequentes non ſunt *m*, quia nec antepenultimæ, neque finales ſunt in illis verbis, in quibus litteram geminatam ſequuntur. Juxta octavam 935. non ſunt *m*, quod patet ex hiſce voculis α9. η3. 35. Nona Regula in hac Scriptura non poteſt applicari. Juxta decimam 3.6.α.η.& 5. non ſunt *m*. Juxta undecimam ex verbo §5§αρρ8. patet ρ. non eſſe *m*. Duodecima in hac Scriptura nequit applicari.

Cùm littera *N*. & *O*. ex dictione *Synagoga* jam certò cognitæ ſint, nolo illarum Regularum applicatione Lectori moleſtus eſſe, quomodo autem harum litterarum Regulæ ſint applicandæ, ſuperioribus exemplis docuimus.

Perlegendæ autem ſunt Regulæ litterarum *P*. *Q*. *R*. quia nondum patet, per quos characteres hæ litteræ denotentur. Juxta primam litteræ *P*. Regulam λ. non poteſt eſſe *p*, quod patet ex decimo hujus Scripturæ verbo. Juxta ſecundam, ſi applicetur in longiſſima hujus Scripturæ dictione, patet 9. non eſſe *p*, quia *p*. non poteſt eſſe ſecunda & penultima dictionis littera. Tertia Regula innuit

35αη. non eſſe *p*. Juxta quartam Regulam cognitâ litterâ *i*, patet η.α. non eſſe *p*. Juxta quintam cognitâ litterâ *o*, patet ςω8η. non eſſe *p*. Sexta in hac Scriptura non poteſt applicari. Juxta ſeptimam cognitis ex dictione *Synagoga*, litteris *a* & *o*, α. non eſt *p*. Juxta octavam αgη3λς. non ſunt *p*. Juxta nonam α & η. non ſunt *p*. Juxta decimam ς. non eſt *p*. Juxta undecimam α, & 4. non ſunt *p*. Juxta duodecimam λ & η. non ſunt *p*. Juxta ultimam 739ω68η5θα. non ſunt *p*.

Juxta primam litteræ *Q*. Regulam λ. non eſt *q*. Juxta ſecundam αθκε. non ſunt *q*. Juxta tertiam 3α5η. non ſunt *q*. Juxta quartam 85ηω non ſunt *q*. Juxta quintam αηλ. non ſunt *q* Juxta ſextam 36αη§5. non ſunt *q* Juxta ſeptimam Regulam nullus character poteſt ſignificare *q*, præter 4. aut μ, patet autem ex dictione *Synagoga* μ eſſe *y*, ex verbo *dijudicat*, patet 5. eſſe *u*, facilè igitur Steganographiæ Studioſus judicare poteſt 4. eſſe *q*, quia in hac Scriptura quinquies poſt 4. ſequitur 5. Juxta octavam η89ω36 θφ§3ρ. non ſunt *q*. Juxta nonam α6γ35ρ789κηω. non ſunt *q*. Juxta decimam αη3θ56789ω. non ſunt *q*.

Juxta primam litteræ *R*. Regulam λ. non eſt *r*. Juxta ſecundam αη3λ59. non ſunt *r*. Tertia in hac Scriptura non poteſt applicari. Juxta quartam α. non eſt *r*. Juxta quintam η. & 8. non ſunt *r*. Sexta & ſeptima Regula in hac Scriptura non poſſunt applicari. Juxta octavam 9. in longiſſimo verbo non eſt *r*, quia finalis non eſt *a*, *e*, *i*, *o*, ſed *t*. Juxta nonam patet, quòd nullus ex finalibus characteribus poſſit denotare *r*, præter 6. & θ. cæteræ enim finales litteræ partim ex dictione *Synagoga*,

partim

partim ex verbo *dijudicat*, innotuerunt, quod 6. non ſit *r*, patet ex dictione 869*eu*, cujus omnes litteræ ex hiſce duobus verbis cognitæ ſunt præter 6, ſi autem τῷ 8. & 9. interponatur littera nondum cognita, nempe *b.e.f h.l p. r.x. z.* non emergit dictio latina, ſi autem *m*, iis interponitur, emergit dictio *omnia*, unde porrò Studioſus Steganographiæ animadvertit, litteram ſemel finalem *o*. eſſe *r*. Reliquarum litterarum Regulas applicare ſupervacaneum eſt, quia ex iis quæ hactenus dicta ſunt, litteræ *s.t.u.y.* jam certò cognitæ ſunt. Nunc facilè ſingulæ dictiones cognitis jam quatuordecim litteris *a.e. d.g.i.m.n.o.q.r.s.t.u.y.* inveniri poſſunt. In primâ ſcriptione dictione unica littera adhuc ignota eſt, nempe *n*, qualiſcunque autem τῷ λ. & 5. interponatur littera, non emergit dictio latina, niſi *e*, interponatur, unde exſurgit vox *DEUS*, ſic in ſecunda dictione, ſi interponatur pro *n*. inter utrumque 3. litter*a e*, prodit verbum *ſtetit*. Poſtquam igitur quindecim litteræ, nempè *a.c.d.e.g.i.m.n.o.q.r.s.t u.y.* innotuerunt, Steganographiæ Studioſus reliqua verba facilè invenire poteſt.

Qui hoc ratiocinium methodo ſyllogiſticâ adornatum diligenter perlegerit & relegerit, ille uſum noſtrarum Regularum egregiè perſpiciet atque intelliget.

Caput III.

Excipit jam genuina noſtra Principia, Regulas nempe Latinæ Linguæ, earumque per exempla applicationem perſpicua Refutatio Autorum, qui de hâc materiâ ſcripſerunt. Quod non

tantùm eo fine facimus, ut Lector conferendo noſtra principia cum aliorum dignoſcere queat, utra methodus ſit melior, expeditior, & ſolidior, ſed etiam, quod ordinem concernit, ut Lector jam imbutus veris principiis, falſa eò melius percipere queat. Sic igitur Porta primus à nobis refutandus toto libro tertio, qui de hiſce rebus præprimis agit. Primo eum collocamus ordine, quia tempore anteceſſit Harsdörfferum, Schwenterum, aliosque, ut videantur hi ab illo pleraque ſumſiſſe, ut perlegenti patebit.

PORTÆ IN LIBRUM TERTIUM.

PROOEMIUM.

NUnc ad alteram & difficillimam operis partem accingamur, de interprete inſtituendo, ut, quod ſolum de toto [a.] opere videtur eſſe reliquum, hoc volumine proſequamur. Sed jam audio dicet aliquis: Unde novus hic Apollo, vel Oedipus, qui occulta animi ſenſa, & enodare ænigmata profiteatur, emicuit? Divini potius, quàm humani eſt ingenii hominis interna perſcrutari, parumque ferè inter DEUM, hominemque diſtaret, ſi occluſas animorum cogitationes intellectus aſſequeretur humanus. Ingenuè fateor multa eſſe poſſe furtiva ſcripta, quæ ſe interpretaturum quemquam polliceri, furorem ac delirium planè exiſtimarem. Quotus enim quisque erit, qui hoc innu-

[a.] *Tertius liber Portæ agit principaliter de reſolutione ſcriptorum furtivorum. Reliqui tantùm varios ſcribendi modos tractant; unde non tàm de his, quàm de illis ſolliciti erimus.*

innumeris penè dolis, ac infinitâ ſcribendi multitudine citra inſaniam jactare audeat? ut orthographiæ ratio obſervari non queat, latentem aliquo modo ſenſum poſſit eruere? hujusmodi erit, ſi quis præter ſcribendi normam dictiones ex [*b.*] arbitrio ad ſignificandas litteras confingat, vel res per diverſa vocabula ſignificaverit, quorum niſi interpres ab Autore fuiſſet admonitus, nullo modo ſenſus haberi potuiſſet, quam obſcuritatem nonnullæ Ciceronis ad Atticum epiſtolæ habent, id genus erit, etiam ſi uno charactere exprimantur, & alia complura, quæ non niſi DEO Opt. Max. interprete, qui ſe intimis animorum receſſibus inſinuat, videntur indigere. Quare iis omiſſis, ea nos tantùm interpretari hoc volumine pollicemur, in quibus ratio litterarum, & ſyllabarum contextus aliquo modo poſſit obſervari, quorum complura genera eſſe poſſunt, verùm nos ex iis, quæ crebrioris uſus, & præcipua videbuntur, etiam ſolitis perplexa involucris proſequemur, tùm ad latinam, tùm ad [*c.*] vernaculam linguam, quò commodius fieri poterit, accommodabimus, quorum ratione cognitâ, Lector ſimilitudine quadam ductus, reliquorum facilè poſſit cognitionem aucupari. Sed antequam eorum tractationem aggrediamur, qualis abſolutus interpres eſſe debeat, & quæ eum primò ſcire deceat explicemus.

[*b.*] *ſcriptum, in quo integræ dictiones litteras ſignificant, enodari poteſt. Vid. Exempla Schottenteri, p. 186. 187. 188. 190. Steganologiæ & Steganographiæ ſuæ.*

[*c.*] *Italicam intelligit linguam.*

Caput I.

Notarum interpretem qualem eſſe conveniat.

POſcit itaque locus, ut boni & abſoluti interpretis conditiones doceamus, ut ſtatim cognoſcatur, qui earum omninò expers ſit, ad hoc non facilè perferri, & proinde, quô magis iis erit innixus, eô dexterius & felicius in hac doctrina profecturus. Inprimis itaque [*a*] acutiſſimum eum naturâ eſſe expedit, ut ſi ingenii præſtantia multum in univerſis diſciplinis adferat adjumenti, in hac præcipuè arte ſuas vires natura poſſit oſtentare, ut, quod proverbii loco uſurpatur: Quemadmodum aurum igni probatur, ſic in Mathematicis diſciplinis ingenium experiri, id aptius ad hanc diſciplinam transferri videatur. Singulari præterea quâdam animi calliditate & ſolertia præditum eſſe convenit, & omnis prorſus [*b.*] negligentiæ expertem, ut vafrum animum per inimicas inſidias & fraudes poſſit circumagere, dolos perſcrutari, iis obviare, & omni demum ingenii vigilantiâ adverſos à ſe conatus amovere. Ipſa ſiquidem diſciplina non modicâ ingenii præſtantiâ videtur indigere. Quapropter verè liberi

[*a*] *Acumen ſanè in Steganographiæ ſtudio, ſi in ullo requiritur, epiſtolas diſcernere, diſcretas ſolvere per rationes ex Regulis deſumtas res eſt non levis momenti.*

[*b.*] *Diligentia & indefeſſum ſtudium utramque facit paginam, ut ſi hodiè minus ex ſententia proceſſerit ſolutio, cras eam tentes.*

liberi & perſpicacis ingenii hanc facultatem ſemper eſſe exiſtimavi, & eorum, qui eâ delectantur, ſoleo præ cæteris acumen admirari, & verè ingenioſos appellare, ut ad omnes diſciplinas facilè idoneos eſſe exiſtimem. Talem itaque eum naturâ eſſe convenit, arte verò non minus inſtructum, & primum in multarum rerum, utpote armorum, negotiorum, & militaris præſertim ſcientiæ peritiâ verſatum, ut hoſtium inimicorumque aſtus percallere, & evitare non incommodè poſſit. Ad hæc accedet multarum linguarum [c.] peritia, earum præſertim, quæ magis in uſu eſſe ſolent, & quarum cum gentibus commercium nobis eſſe poſſit, ut cujusvis id genus idiomatis ille ſcriptum poſſit interpretari. Præterea orthographiæ litterarum, ſyllabarum, & contextus orationis nequaquam expertem eſſe convenit, quod in primis ſolet eſſe neceſſarium. In orthographia loquor de exquiſita, & abſoluta ſcribendi ratione, tametſi non adeò [d.] orthographiæ confidendum ſit, ut non debeat experiri, utrum illa ſit omiſſa, quod ex induſtriâ poſſet evenire. At ſi multas exquiſitè linguas percallere nimis arduum videretur, latinis ſaltem litteris ſit inſtructus; tùm quod ea lingua utcunque, adeò hac tempeſtate communis eſt, ut ferè non minùs uſitata, quâm omnibus vernacula ſit, tùm quod ea commodius ad cautionem admittitur. Sunt & alia

[c.] *Linguarum multarum peritia omninò eſt neceſſaria, ideò maximè, ut epiſtola vel ſcripta diſcerni queant.*

[d.] *In Germanicâ linguâ planè non confidendum eſt orthographiæ, cùm alii aliter ſcribant, & tanta ſit varietas, ut ex eâ ratione Regulæ in Lingua Germanica ſolida confici non poſſint.*

CAPUT I.

Notarum interpretem qualem eſſe conveniat.

POſcit itaque locus, ut boni & abſoluti interpretis conditiones doceamus, ut ſtatim cognoſcatur, qui earum omninò expers ſit, ad hoc non facilè perferri, & proinde, quô magis iis erit innixus, eô dexterius & felicius in hac doctrina profecturus. Inprimis itaque [a] acutiſſimum eum naturâ eſſe expedit, ut ſi ingenii præſtantia multum in univerſis diſciplinis adferat adjumenti, in hac præcipuè arte ſuas vires natura poſſit oſtentare, ut, quod proverbii loco uſurpatur: Quemadmodum aurum igni probatur, ſic in Mathematicis diſciplinis ingenium experiri, id aptius ad hanc diſciplinam transferri videatur. Singulari præterea quâdam animi calliditate & ſolertia præditum eſſe convenit, & omnis prorſus [b.] negligentiæ expertem, ut vafrum animum per inimicas inſidias & fraudes poſſit circumagere, dolos perſcrutari, iis obviare, & omni demum ingenii vigilantiâ adverſos à ſe conatus amovere. Ipſa ſiquidem diſciplina non modicâ ingenii præſtantiâ videtur indigere. Quapropter verè liberi

[a] *Acumen ſanè in Steganographiæ ſtudio, ſi in ullo requiritur, epiſtolas diſcernere, diſcretas ſolvere per rationes ex Regulis deſumtas res eſt non levis momenti.*

[b.] *Diligentia & indefeſſum ſtudium utramque facit paginam, ut ſi hodiè minus ex ſententia proceſſerit ſolutio, cras eam tentes.*

liberi & perſpicacis ingenii hanc facultatem ſemper eſſe exiſtimavi, & eorum, qui eâ delectantur, ſoleo præ cæteris acumen admirari, & verè ingenioſos appellare, ut ad omnes diſciplinas facilè idoneos eſſe exiſtimem. Talem itaque eum naturâ eſſe convenit, arte verò non minus inſtructum, & primum in multarum rerum, utpote armorum, negotiorum, & militaris præſertim ſcientiæ peritiâ verſatum, ut hoſtium inimicorumque aſtus percallere, & evitare non incommodè poſſit. Ad hæc accedet multarum linguarum [*c.*] peritia, earum præſertim, quæ magis in uſu eſſe ſolent, & quarum cum gentibus commercium nobis eſſe poſſit, ut cujusvis id genus idiomatis ille ſcriptum poſſit interpretari. Prætereà orthographiæ litterarum, ſyllabarum, & contextus orationis nequaquam expertem eſſe convenit, quod in primis ſolet eſſe neceſſarium. In orthographia loquor de exquiſita, & abſoluta ſcribendi ratione, tametſi non adeò [*d.*] orthographiæ confidendum ſit, ut non debeat experiri, utrum illa ſit omiſſa, quod ex induſtriâ poſſet evenire. At ſi multas exquiſitè linguas percallere nimis arduum videretur, latinis ſaltem litteris ſit inſtructus; tùm quod ea lingua utcunque, adeò hac tempeſtate communis eſt, ut ferè non minùs uſitata, quàm omnibus vernacula ſit, tùm quod ea commodius ad cautionem admittitur. Sunt & alia

[*c.*] *Linguarum multarum peritia omninò eſt neceſſaria, ideò maximè, ut epiſtola vel ſcripta diſcerni queant.*

[*d.*] *In Germanicâ linguâ planè non confidendum eſt orthographiæ, cùm alii aliter ſcribant, & tanta ſit varietas, ut ex eâ ratione Regulæ in Lingua Germanica ſolidæ confici non poſſint.*

alia fortaſſe, quorum non ignarum eum eſſe expediat, pro rerum varietate, quæ poſſent evenire. Sed ad hæc poſtremò additur peculiaris noſtri operis uſus, ut qua cura & diligentia is inſcripti interpretatione eſſe debeat, & ſe quo pacto in opere moderetur intelligat. Circa hæc mens & cura nequaquam oſcitantis quæritur, ut obiter ſcripti dolus expendatur, ſed maxima attentio, ſummaque diligentia, ut animus ab omni cura & cogitatione [e.] vacuus, omnibus poſtpoſitis in eâ ſolum re indaganda elaboret, ut omnem conatum conſtituat: Non tamen ſi res intenſiorem aliquando curam, & tempus expoſcit, continuanda attentio, & in eâ mens nimis anxiè torquenda: Nimia enim diligentia, & diuturnus mentis labor ſtuporem ingerit, ut minus poſteà ad hæc ingenium habile ſit, & nihil proficiat. Morbos prætereà maximè conciliat, & major ſæpè numero ex mentis conatibus ægritudo, quàm ex corporis laboribus ſolet provenire, ut mihi, ſi quando in perplexiores notas incidebam, interpretanti ſæpè contigit: cui toto ferè die in his conſumto, vix ſeptima vel octava hora præteriiſſe videbatur, ut veſperam non niſi per tenebras, & luminis abſceſſum cognoſcerem; unde interdum in longâ mentis attentione, quaſi apoplexia correptus ſtupidus & immobilis, uti Diogenes fixis oculis Solem contemplans, videbar permanere; quare [f.] labor erit in aliud tempus differendus, ut res ſucceſſivis

[e.] *Nunquam accedendum eſt ad ſcriptum occultum expediendum, maximè, ſi id tantùm duabus lineis vel unâ conſtet, niſi animo à curis vacuo, & triſtitiâ. Animum enim prorſus latum & vegetum poſcit hoc ſtudium.*

[f.] *hæc optimè obſerventur.*

ſivis horis commodè pro negotii opportunitate peragatur. Verùm in his doli ſpecies attendenda. Niſi etenim ea cognoſcatur, fruſtrà de cætero labor inſumitur, cùm ignorato occultationis artificio, nullo modo rei occultæ velamentum poſſit auferri, ſumpto à Medicis exemplo, à quibus niſi morbi cauſa primum perſpecta ſit, ægro corpori fruſtrà ſubvenitur. Unde nobis etiam de doli ſpecie cognoſcendâ, legitimas viſum eſt ſuis in locis hoc volumine obſervationes tradere, ex quibus proprios agnoſcendi cujusque doli modos interpres aucupetur: neque id contemnendum aliquo pacto duximus, in quo majorem difficultatis partem poſitam eſſe perſpeximus. Cognitâ itaque velamenti ſpecie, omni animi moderatione & conatu elaborabit, ut abſtruſus omninò ſenſus referetur, nec prius quieſcat, quin verò è latebris dolo eruto, inimicos conatus irritaverit, ut de eo in poſterum ſibi tutò conſultum eſſe perſentiat. Locus poſtulabat, ut aliquot litterarum diſcrimina ſuccederent: Sed quoniam inſtant nonnullæ adhuc de interprete dicenda, ea primum proſequamur.

CAPUT II.

Quæ noviſſe interpretem conveniat, antequam ad ſcripti interpretationem accedat.

FUrtivi ſcripti interpretandi Regulas tradituro, operæ pretium videtur à rudimentis, quæ ad id aditum præſtant, & multum conferre videntur, non

tamen

tamen omninò neceſſaria, auſpicari, ut nihil, quod ad optimi interpretis inſtitutionem ſpectare poſſit, omiſſum eſſe videatur. Primùm itaque [a.] proficiet idiomatis ſcripti notitiam habere. Diverſis enim modis omnes loquuntur, & ſcriptum contexunt; eadem res etenim apud Hiſpanos, Germanos, Italos, & alios pro locorum longinquitate, aliter atque aliter vocitatur, ut illos hi, hos illi non intelligant, unde non ipſa modò locutio longè alia eſt, verùm ſæpè etiam ſcribendi ratio multùm varia. Diverſè enim Germani, Itali, & Hiſpani ſcribunt, quemadmodum loquuntur, & pronunciant; quibus enim diverſus eſt ſermo, pronunciatio pariter & Scriptura neceſſe eſt ſit diverſa. Nam ſi Hetruſci, Hiſpani, vel Germani verba pronunciant, nos, qui Neapolitani ſumus, audita reddere velimus, quantum bone Deus! diſcriminis inter noſtram & eorum prolationem eſſe videbitur, ut etiam ſæpiſſimè vix magno cum labore aliena verba pronunciemus, neſcio quo patrii ſermonis ſpiritu difficultatem ingerente, ita, ut ſuus cuique ſermo à natura largitus eſſe videatur. Dalmatæ Vante L. ſyllabam inchoante, ut VLADISLAUS unico ſpiritu pronunciant, quod à nobis, niſi abſoluta idiomatis cognitio habeatur, neque proferri rectè, neque ſcribi poterit. Germani eandem litteram V. geminant. Hiſpani verò in dictionum calce ſæpiſſimè *S.* pronunciant, ut ferè eorum verbum non reperias, quin ea

[a.] *Hic altum eſt ſilentium de Regulis, quæ docent, quâ ratione Scripturæ propoſitæ diſcerni queant, ſcirique, quo Idiomate ſint conſcriptæ. Utique proficit Idiomatis ſcripti notitiam habere, imò prorſus neceſſarium.*

ea littera occurrat. Appuli ita pronunciant, ut multorum verborum initio *SC.* loco *I.* prænotent; ſi enim *JOANNEM* proferre velint, perinde proferunt, ac ſi *SCIOANNEM* ſcriberent, & pro *IRE*, *SCIRE.* Neque ſolùm exteræ nationes, utpote quas magna longinquitas diſterminat, ſed vicinæ & agnatæ, ſermone, prolatione, & Scripturâ inter ſe differunt; Sic ſua cuique populo locutio, ſuusque ſtruendarum ſyllabarum ordo & compoſitio eſt. Nam, ut de cognatis & affinibus vocabulis loquamur, quod Itali, quemadmodum Latini *AVDI* dicunt, Florentini *ODI*, *AV* in *O.* converſo pronunciant, Veneti verò *V* in *L*, commutato: ſic & de aliis innumeris. Suntque dictiones & nomina familiaria apud multos ex parte diverſa & corrupta. Siculi *JACOBUM* diminutivè *JACOPELLUM*, *JOSEPHUM*, *SEPPEM*, & *HIERONYMUM*, *MOMMUM* dicunt, & apud alias Gentes hujusmodi mille talia, quæ non ſine obſcœnitate vero ac litterato ſermone proferuntur: fitque ſæpenumerò, ut in uno vocabulo, quod apud diverſas nationes commune ſit, diverſus ſonus pro Gentium varietate reperiatur. Hæc noſter *Pontanus* notat, nos ut oſtenderemus pro nationum & populorum diverſitatibus locutiones etiam variari, ipſamque litterarum poteſtatem & ordinem aliter, atque aliter ſe habere, hæc appoſuimus. Neque ſolùm id in diverſis nationibus & populis fieri mos eſt, ſed etiam apud eosdem in diverſis ætatibus & temporibus ſucceſſivè non ſoni modo & ſcripturæ, ſed etiam vocabula [*b.*] permutantur. Quare niſi etiam interpres

[*b.*] *Id in Gallicâ Linguâ frequens eſt, quæ ſingulis ferè annis & vocabula & ſcriptionem mutat.*

pres cognito idiomate uti tùm in loquendo, tùm in ſcribendo poſſit, nequaquam ſcripti poterit ſenſum elicere, eo enim ignorato facillimè ſcripti interpretatione fruſtrabitur. [c] Maximè præterea profuturum cenſeo, ſi ejus, qui ſcripſerit, non ſolum de moribus, ſed etiam de nomine cognitio habeatur: Nam ſi ſagax, ingenio pollens, & in hâc verſatus diſciplinâ ſit, paulò altius ad interpretationem exordiendam, mentis acies erigenda, & ſubtiliori viâ, ut mos eſt, occulti ſcripti ſenſus indagandus: at contra, ſi rudis ingenii, & hebetis fuerit, contemtis orthographiæ præceptis leviori animo, & mente remiſſiori procedendum, unde, ſi hominis diſciplinam, mores, verba, nomina, & loquendi formulas illi peculiares, occultandique ſenſus modum omnem, etiam ſcribendi ingenium interpres agnoſcat, non parùm profuturum puto. Sæpè enim fieri ſolet, ut ingenioſi alicujus ſcriptum ſegnis & oſcitantis exiſtimatum interpretantis conatum facilè fruſtretur: quemadmodum & ex adverſo, ſi ingenioſi & ſubtilis illud putemus, quod ab homine ſocordi, & rudi profectum ſit. Quare non parum expediet ſcribentis ingenium cognoſci, ut facilius eruditus, an inconditus ſcripti ſenſus ſit, intelligatur. Si de ejus [d.] nomine cognitio habeatur, ſuo loco requirendum, ſi habebitur, ex ejus notis characteribus facilius, de reliquo ſcripto notitiam venabitur. Ad hæc tractatæ rei & cognitio accedit, quam & habere multùm intererit, eamque poterit

[c.] *Morum cognitio, &c. nihil ad ſolutionem facit. Tutius eſt Regulas ſequi & juxta easdem ſcriptum ſolvere, quàm inanes conjecturas.*

[d.] *Nemo tàm ſimplex eſt, qui prolixæ Epiſtolæ ſuum ſubnectit nomen, ſed aliis charactteribus exprimit.*

terit tùm ex ſcribentis, tùm ejus, ad quem ſcribitur negotiis, vel utriusque commercio nanciſci. Ratio eſt, quòd cognita materia, facillimè communia verba, quæ ad eam rem ſpectant interpres poterit conjicere, quod pro unoquoque eorum locorum verbo ex characterum numero, ſimilitudine, & disſimilitudine in ſuis locis obſervatâ, non multo cum labore cognoſcetur: Fietque interdum, ut unâ agnitâ ſyllabâ, ne dicam verbo, de cætero patùnt negotii futurum ſit. Nam totius inde ſcripti ex earum litterarum proditione in aliis verbis dolus detegetur. Exempli causâ, ſi de [*e.*] bello res agitur, litterarum numerus ejus verbi, vel aliorum ad eandem rem facientium quæretur; quod ſi ejusmodi verbum haberi poſſit, in quo eadem littera geminetur, commodius id eſſe poterit, obſervato repetitæ litteræ ordine, ut res certior interpretationis non fruſtratæ ſecuritatem præſtet, quæ geminatio ſi plurium litterarum fuerit, eò magis prodērit. Verùm litterarum numerus in latino ſcripto circa caſuum flexum variandus eſt: In una quaque materia plura erunt verba communia, quæ eam quaſi neceſſariò conſequuntur, ut in amore [*f.*] *AMOR, COR, IGNIS, FLAMMA, URI, VITA, MORS, MISERATIO*, & *SÆVITIA*, locum habent: &, in bello, *MILES, DUX, IMPERATOR, CASTRA, ARMA, PUGNARE*, & hujusmodi reliqua. Huc accedent & rerum deflexa vocabula,

[*e.*] *At unde conſtat de bello agi? Præcepta hæc morantur Interpretem, non juvant.*

[*f.*] *Hæc nulla ſunt, & ficulnea: Qui Regulas Latinæ Linguæ exactè novit, citius expediet ſcriptum, quàm alius vocabula otioſa conquiſierit.*

& horum unum cognitum verbum non multo cum labore multorum poſtmodum verborum, & totius denique ſcripti notitiam referare poterit, eoque modo præter tabularum rationem, vocalium & conſonantium diſcretionem, & alia interpretatio laborem adimere poterit. Non parùm inſuper expediet, nuncium Autoris, vel periti Notarii manu perſcriptum eſſe, nam ſi vel interceptus perperam tranſcriptus, vel ab aliquo, qui notandi rationem ignoraverit profectus ſit, facilè fiet, ut turbato ſcripto omnis interpretandi via obſtruatur, ſiquidem, ſi characteres omiſſi ſint, vel tranſpoſiti, vel commutati, puncta prætereà non ritè diſpoſita, vel commutata, vel relicta verborum intervalla, vel eorum partes interpoſitis ſpatiis diſcretæ, vel alio quovis modo dolus permutatus, interpretem is non parùm perturbabit, ut interdum facilè decipiat. Ut igitur rem paucis colligam, idiomatis ſcribentis, & ejus ad quem ſcribitur, & materiæ, de qua agitur notitiam, & emendatam Scripturam ad interpretationem non parùm poſſe adjuvare dicimus, licet ea, ut dictum eſt, [g] non ſint omninò neceſſaria, ſed ad commodum maximè conferre. Sunt & alia, quæ etiam interpretem præſtaret agnoſcere, quæ, ne ſermo prolixior ſit, omittimus.

[g.] *Rectè ait: Notitiam Idiomatis, materiæ, &c. non eſſe neceſſariam.*

CAPUT

CAPUT III.

Diſtincta litterarum nomina, quibus ſæpe numero ſuis opportunè locis uti debemus.

PRimùm itaque litterarum diſcrimina ſtatuemus, & nova quædam iis indita nomina declarabimus, quibus ſæpè in ſcriptis perſcrutandis utemur: cùm enim nova eſſent, quæ ſcribenda erant, novis etiam vocabulis appellanda eſſe viſa ſunt; hæc tamen obiter percurremus, nam de litteris ſubtilius diſputare, alterius eſſet facultatis & temporis, ne de furtivis litterarum notis interpretandis præcepta tradens, grammaticam videar profiteri. De litteris tractatur *i*, Litteram compoſitæ vocis partem minimam vocabimus, ut *A, B, C.* Nec me aliquis incuſet, ſi litteræ vocabulo interdum pro elemento abutar, cùm illud apud vetuſtiſſimos rei grammaticæ ſcriptores uſitatum videam, & indifferenter poſitum. Unde dari mihi volo, ut litteram & elementum, cùm ſæpè in dicendo res ſignificanda occurrat, utroque modo dicere liceat. Ut itaque, unde digreſſus ſum, redeam: Litteræ, quibus in ſcribendo utimur ſunt una & viginti. [*a.*] *A, B, C, D, E, F, G, H, I, L. M, N, O, P, Q, R, S, T, U, X, Z.* ſed (*b.*) *H.* potius aſpirationis nota eſt, quàm littera.

[*a.*] *Malè τὸ y. eſt expunctum.*

[*b.*] *Quamvis H. ſit aſpirationis nota, non tamen excluditur litterarum numero.*

Rejicimus [*c.*] K. à prioribus & noſtris jamdudum relegatum; nam ut Diomedes ait, uti ſupervacuâ utimur, & in ſcribendis tantùm Kalendis vetuſtiſſimos latinos uſos comperio, eam Saulius Magiſter primus Romanis litteris adjecit, ut in ſono duarum litterarum *H.* & *Q.* diſcretionem faceret. Quod ſi nonnullorum ſententiæ fides habenda eſt, nullus apud nos uſus eſſe debet: cùm in latinis dictionibus omninò careamus. Quod ſi eam græcorum verborum uſus interdum admittit, eam ſatius eſt græcis litteris annotari. [*d.*] *Q.* nonnulli eximunt numero litterarum, eaque de cauſâ non utendum cenſent, quod ſequens *V.* oſtendat, ante aliam vocalem in eadem ſyllaba poſitam. [*e.*] Græcum quoque *Y.* è noſtris expungimus cum ſatis ſit notariis ejus ſonum expleri per *I*, ſonus enim utrique charačteri communis eſt. *X.* & *Z.* ideò ponimus, quod apud Latinos illud, hoc apud [*f.*] vulgares frequentioris uſus eſſe ſolet: nos quia de utroque ſermone verba facimus, eorum duximus meminiſſe debere. Sed his, cæteriſque grammaticorum controverſiis, ſi quæ ſunt, rejectis, quia videntur

[*c.*] *K. merito rejicitur à Latinis, legitur tamen in Corn. Nepote: Kariſſimus pro cariſſimus cap. ult. Alcibiadis.*

[*d*] *Q nequit eximi numero litterarum, quia littera hæc clavis quandoque eſt totius ſcripti occulti, ut in reſolutione Latinarum epiſtolarum oſtendimus.*

[*e.*] *y. non poteſt expungi, cùm ſit diſtincta littera, quâ Latini carere nequeunt. Neque quia ſonus ejusdem τῷ i. eſt communis, ideò expungi debet. Itali non habent y. cujus ſonum explent per ſimplex i, ut ipocriſia, pro hypocriſia: at Latini contra habent y.*

[*f.*] *per vulgares intelligit Italos, qui frequentiſſimè τῷ z. utuntur.*

tur ad ſuſcepti operis propoſitum parùm pertinere, ad explicandam noſtrarum litterarum partitionem veniamus. Litterarum itaque numerum primùm in conſonantes & vocales dividimus. Vocales quinque ſunt, [g.] *A, E, I, O, V*, quæ ſic dicuntur, quod plenam, abſolutamque vocem habeant: Reliquæ verò omnes conſonantes, ita dictæ, quod cum vocalibus ſonent, ac per ſe nequeant voces proferre. [*h*] Has rurſus omnes, excepta *Z*, in ſemivocales & mutas dividemus: Semivocales ſunt ſeptem *F. L, M, N, R, S, X*, hæ omnes à vocali incipiunt, & in ſe terminantur; ſed ut plerisque latinorum placuit *F.* muta potius quàm ſemivocalis eſt: id noſtra parum referre judico. Mutæ autem, quæ à ſe incipientes in vocales terminantur, ſunt ſeptem *B, C, D, G, P, Q, T*, & dicuntur mutæ, quod exiguam vocem habeant, mutorum ſonum videantur imitari. E ſemivocalibus liquidæ ſunt quatuor *L, M, N, R*, ſed de his hactenus. Nunc autem ad rem redeamus: Conſonantum [*i*] aliquæ geminantur, aliquæ [*k.*] ſimplices ponuntur. Quæ in ſyllabarum nexu ſibi ſuccedere poſſunt, hæ ſunt: *B, C, D. F, G, L. M, N, P, R, S, T*, & *Z*, ſed ultima in [*l.*] vulgari ſermone geminatur. Quæ ſibi non ſuccedunt *H, Q X*, ſunt. Rurſus conſonantium aliquæ in finibus, aliquæ verò in initiis & mediis.

 Fi-

[*g.*] *adde vocalium numero τὸ y.*

[*h*] *de his vide Scaligerum. Voſſium. Grammatic.*

[*i*] *e gr.* c d. f. l. m n p. *&c apud Italos:* d. z p q *&c.*

[*k.*] *i e. non geminantur, e gr.* z, x q, *&c.*

[*l.*] *Italico: quo ſæpisſimè z. geminatur: e. gr. in bellezza, &c.*

Finales hæ *B.C.D.L.M.N.R.S.T.X.* eſſe cum vocalibus, reliquæ reliquis locis conſtitui poſſunt. Aliam præterea conſonantum diviſionem aſſignando, in duas partes dividemus. Videlicet in frequentes & raras, harum tamen aliquæ magis & minus frequentes, ſic magis & minus raræ ſunt. Frequentes nominamus, quod frequentius, raras verò, quod parcius in ſcriptis ſoleant evenire. Frequentes ſunt [*m.*] *C. F. M. N.* frequentiores [*n.*] *L R. S T.* raræ [*o.*] *D. G. H. P.* rariſſimæ [*p.*] *B.Q.X Z.* ſed ne me aliquis dictis carpat, quòd rariſſimas eas vocaverim, quæ crebrius aliquo in ſcripto interveniunt, vel ex adverſo. Litteras frequentiores & rariores eſſe dicam, vel ſui natura, vel aliunde. Ex ſui naturâ, cùm plerumque vel rarò in ſcripto ſoleant occurrere. Extrinſecus verò, cùm aliquis continetur ſermo in epiſtola, utpote de AMORE, ubi *AFFECTIO, VAH, HEU,* & iis ſimilia repeti oportet. Etenim, ſi id evenit, non ex hoc [*q.*] *F.* & *H.* frequentiſſimas eſſe colligitur. Sermo enim in epiſtola contentus aliquando frequentiſſimas rariſſimas, & rariſſimas frequentiſſimas faciet. *D.* rara eſſe ſolet & interdum ſæpè in ſcripto reperitur, ut in:

Dive Druſe dabis domibus donaria divûm.

Quem-

[*m.*] F. *non pertinet ad frequentes,* P. *potius, quæ littera plurimas babet voces à quibus inchoat. Dein τὸ M. pertinet ad frequentiſſimas, occurrit enim in omnibus declinationibus, conjugationibus, adverbiis multis, &c.*

[*n*] *L. non eſt inter frequentiores collocanda.*

[*o*] P *ad frequentes pertinet, ut ſuprà notatum eſt.*

[*p.*] *adde y rariſſimè obvium.*

[*q*] *Si littera aliqua, quæ aliàs rarò occurrit in ſcripto ſæpius obviat, id ſit per accidens, ut benè Porta monet.*

Quemadmodum *T.* in vulgaris Verſibus:

O Tite, tute tati tibi tanta tyranne tuliſti.
Et tuba terribili tonitru taratantara truſit.

Sed quoniam ſatis elementorum tractationi fortaſsè tribuimus, nunc reliqua, quæ ad commodè interpretandum ſpectant, proſequamur.

CAPUT IV.

Simplex commutatæ figuræ modus quomodo deprehendatur.

DUplex occultandi ſcripti genus eſſe proximo volumine indicavimus, alterum, quod adhibitâ diligentiâ, & certâ ratione poteſt interpretari: Alterum, quod Apolline ſolùm ænigmatum autore, ne dicam Deo Opt. Max. interprete videtur indigere. Quare hac parte intermiſſa, illam proſequamur. Rationem autem, quæ in tranſponendis characteribus conſiſtit, non eſſet in opportunum prætermittere; tùm quia iis, qui ſe ex alicujus operis præceptionibus in aliis ſcripturæ involucris exercuerint, facilior videtur, quàm ut demonſtratione opus ſit; tùm etiam, quia in liberâ hominum tranſponendi ſcripti voluntate minimè certa ratio tradi poſſet. Verùm, ne rem omninò intactam relinquamus, id ſolùm admonuiſſe ſatis erit, ut primùm experiatur, an eo dolo charta contecta ſit. Characterum itaque contextus per omnem ordinem requiratur, modò in tertiis, modò in quartis quintiſque litteris, vel alio ordine, modò à dextro in ſiniſtrum, modò à ſiniſtro in dextrum, modò in ſecundâ lineâ, modò in tertiâ & quartâ, vel aliter,

modò in verſuum initio, modò in fine, (quemadmodum alio volumine ſuo loco ſignificatum eſt,) donec unius tantùm verbi notitia eruatur: Quod, ubi feliciter tentatum videbitur, pari ratione & ordine ſervato, ſi ejusmodi ſolus ſit, in cæterum procedi poterit. Hæc ad eam fraudem detegendam talis occulti ſcripti ſatis eſſe videntur. Proximum eſt, ut de agnoſcendâ ſimplici permutati characteris occultatione modos præbeamus. Notarum itaque numerus, ſeries, ſeu contextus, ſcripti partes diſcretæ,& characteres in fine collocati indicia præbebunt. Characteres itaque diverſi primùm diſtinctè [a] numerabuntur, eos non plures viginti uno, vel ad ſummum duobus & viginti eſſe oportet; nam ſi plures ſint, dolus erit obſcurior, & [b.] adjectitios & otioſos eſſe cognoſcemus: Minor numerus diffiniri non poteſt, ſiquidem Notarius obſcuritatis causâ facilè in ſcripto poteſt paucioribus uti litteris. Iis prætermiſſis, quas rariores & minùs crebras eſſe diximus, tùm litterarum contextum obſervabimus, quæ pauciores characterum formæ [c.] quinarium non excedentes, crebriùs interveniant,

[a.] *Diſtincta characterum numeratio primò omnium eſt inſtituenda, eſtque neceſſaria ſimul ac utilis, quia numeratio hac deducit quandoque in cognitionem idiomatis. Si plures viginti characteres in ſcripto inveniuntur, ſcriptum illud non eſt Italicum: quippe Itali tantùm habent viginti characteres, Y. & X. ignotum iis eſt.*

[b.] *vel aliud eſſe idioma cognoſci debet.*

[c.] *hoc vult Porta: quinque characteres, qui ſæpius in ſcripto interveniant, ita ut nulla ſit dictio, in quâ unus ex illis character non incidat, eſſe annotandos, eosque eſſe vocales, quâ in re præluxit Dn. Harsdörffero & Dn. Schwentero.*

veniant, ita ut nulla ſit dictio, in qua unus ex illis character non incidat. Scripti præterea diſcretio hujus generis etiam poterit admonere, dum ſcripti partes disjunguntur, ubi rectè, ne, an perperam illæ diſcretæ ſint, finalium litterarum numerus indicabit, quas proximo capite recenſuimus: nam ſi ejuſmodi litteræ ſcriptum terminantes plures erunt, quàm dictum eſt, argumentum alterius immixtæ fraudis habebimus. Verùm quia characteres pauciores eſſe poſſe diximus, operæ pretium eſt videre, ſi numerus [d] diminutus ſit, quænam litteræ ademptæ ſint: Ratio itaque hæc eſt. Si litteræ una & viginti ſint (ut à majori numero fiat detractio,) [e] *Y.* fuiſſe ſublatam agnoſcemus, ſi viginti *X*, ſi unde viginti *Z*, ſi duodeviginti *Q*, ſi decem & ſeptem *B*, ſi ſexdecim *G*, ſic & de reliquis ſervato litterarum ordine, quas vel minùs, vel magis raras appellavimus, ut altera alteri ſuccedat. Verùm ne quis interdum fruſtrà re tentatâ me in hoc fortaſſe vanum appellet, hoc quemlibet admonitum volo, me de re tàm implicatâ, præſertim autorem qui neminem habuerim, quem ſequi potuerim, præceptiones eas tradidiſſe, quæ & plerumque ſic ſoleant evenire, & ſic naturâ eſſe demonſtrentur: unde res ex conjecturis ducenda fuit; alioquin non inficior fieri, ut interdum res aliter, quàm eæ præceptiones admonent, poſſit evenire. Verùm in nihilo va-

[d] *i.e. ſi non omnes Alphabeti litteræ ſed ſedecim, ſeptendecim tantùm in ſcripto deprehendantur.*

[e.] *Subtractio hæc litterarum eſt nulla & decipit, quod experturo patebit, ne in centeſimâ quidem epiſtolâ locum habere. Unde Porta ipſe fatetur, rem ex conjecturis ducendam. Sed malè.*

num deprehendi, divini potius, quàm humani eſſet ingenii. Hoc nolui prætermiſſum: rem de cætero plerumque ſic ſe habere benignus Lector intelligat.

CAPUT V.

Conſonantes quot modis in ſimplici permutati characteris ſcripto à vocalibus dignoſcantur.

QUemadmodum igitur pueris, ut legere diſcant, elementa primum dignoſci oportet, mox ſyllabas connecti, deinde verba colligi: Pari ordinis ratione interpretem procedere neceſſe eſt. Quare opportunum erit à præmiſſis, hoc eſt à conſonantium, & vocalium inveſtigatione ad earum poteſtatem indagandam pertranſire, ut ubinam eas inquiri oporteat, oſtendam. At quia contexta & par utriusque inveſtigandi ratio eſt; altero enim cognito ſtatim alterum innoteſcit: ideò earum inter ſe diſcrimen primùm viſum eſt hoc capite comprehendere. Accuratâ itaque debemus diligentiâ circa hæc conſiſtere, ut rectè ſcrutari & ſecernere diſcamus, omnem enim de hâc re præceptionem ſuper his conſtituimus, totaque noſtra hîc innititur cognitio, ut ſi in his initio hallucinamur, ſtatim in ipſo limine cogamur deficere; cùm poſtmodum errore excreſcente, ut de implicatâ interpretandi ratione omninò deſperandum, vel in eâ maximè elaborandum ſit: Error enim, qui initio fit deterior, quàm qui in progreſſu eſſe ſolet. Diligentiùs ergò interpres rem initio perpendat. Sed earum diſtin-

diſtinguendi rationes plures ſunt. Nemini itaque dubium eſt litteras ex notis vocalium & conſonantium conſtare; ſicque conſonantes vocalibus inniti, ut litterarum nexus aliter effici non poſſit. Nam ſicut membra absque nervis nequeunt conſiſtere: Pari modo ſine vocalibus conſonantes conſtare non poſſunt. Vocales enim ſpiritus vim obtinent, & conſonantibus ſonum impertiunt. Cum ergò ita ſocientur, ſi alteras noverimus, alteras etiam ſtatim cognoſci oportebit. Prima igitur ratio eſt, ut toto orationis ambitu, litteræ, quæ frequentiſſimæ, occurrant, videantur, quæ ſi numero quinque ſint, obſervemus, & ſic frequentes erunt, ut nulla dictio ſit, in quâ magis, vel minùs crebrò pro litterarum numero reponantur, ejusmodi notas [*a.*] vocales eſſe cognoſcemus. Cæterùm poſitionis ordo erit, ut vel ſyllabam præcedant, vel primam litteram ſequantur, vel ſecundæ ſuccedant, vel tertiæ, rariſſimè & ferè nunquam quartæ, ut fit in *ERICHTHONIUS* & *ABSTRUSUS.* Quod ſi ſermo vulgaris, & Italicus erit, noviſſimos dictionum characteres, præſertim in ſolutâ oratione, [*b.*] vocales eſſe admonebimur. [*c*] Poſſumus & aliâ ratione eas litteras venari; nempe ſi ea quæſiverimus elementa, quæ rariſſimè in ſcripto reponuntur, quas vix tertio, vel quarto quoque verſu repetitas offendemus; eas conſonantes has [*c.*] *Q X.Z.* eſſe cognoſcemus,

[*a.*] *Nego notas, quæ creberrimè occurrunt, vocales eſſe. Id ipſum principium Clariſs. Harsdörfferus, Schwenterus ex Portâ deſumſit, quos vide ſuis locis infrà.*

[*b*] *Verum eſt in Italica Lingua finales plerumque eſſe vocales.*

[*c.*] *Pernego characteres rariſſimè in ſcripto repoſitos eſſe Conſonantes disjunctivè has: Q. X. Z. τὸ Z.*

ferè

ſcemus, ex enim quoties obvia verint, vocalium [*d*] ſequelam nunciabunt. Hoc etiam plerumque *H.* præſtabit; quo fiet, ut ex harum ductu, illarum ſequelam nanciſcamur, vel è converſo. Tertius modus erit, ut [*e.*] disjunctos & ſingulares characteres obſervemus, qui dictionem conſtituant, eos enim vocales has *A.E.I.O.* [*f*] eſſe neceſſe eſt, quæ quatuor erunt, ut fit in latino ſermone in A JOVE PRINCIPIUM, in E PATRIA ERTORREM, in I' SEQVERE ITALIAM, & in O UTINAM. Quartus erit, ut advertamus an [*g.*] eædem characterum formæ dictiones vel inchoent vel terminent, eas enim procul dubio vocales eſſe dicemus: nunquam enim fit, ut dictio à geminis [*h.*] iisdem conſonantibus inchoetur, vel in easdem geminatas deſinat: ut fit in *VULTUS*, & *IIDEM*, & *JUDICII*, & *EOO*, & hujusmodi aliis. Quod verò in dictione *VULTIS* utramque *VV*, vocalem appella-

ferè nunquam occurrit, cùm paucisſima ßocabula habeat.

[*d*] *De τῷ Q. certum eſt, quod habeat ſubſequentes Vocales, ad minimum duas. Item de τῷ Z. ßerùm de τῷ X. falſum: cùm dicatur expultrix, expellere, & infinita alia, in quibus τὴν X ſequitur conſonans, non ßocalis.*

[*e*] *Rectiſſimè tradit obſerßandos eſſe in ſcripto ſolitarios, ſiße disjunctos characteres, quia in Latino ſermone neceſſariò ſunt ßocales, in Gallico & Italico ßel ßocales, ßel Apoſtrophi.*

[*f*] *Itali habent V' apoſtrophatum.*

[*g.*] *Characteres ab initio & in fine geminati præcipuè ſunt notandi, quia ſi de latinâ lingua loquamur, ſunt ßocales, ßed Reg. 1. litt. u.*

[*h.*] *Hiſpani dictionem à geminis incboant conſonis, e.gr. Llamar, &c.*

pellamus, velim Lector intelligat (ut ſæpiùs dictum eſt,) à nobis hujus diſciplinæ cauſa [*i.*] orthographiam contemni. Neque enim, quamvis alio ea littera fungatur munere, curamus propterea nomen permutare: Sed hinc germanicum idioma, & [*l.*] barbara alia excludi cenſemus, in quibus fit interdum, ut eædem conſonantes dictionis initium faciant & finem. Ad hæc quinta ratio accedit, ut ſi in media dictione geminatas litteras conjungi videbimus, inde præcedentem, & ſubſequentem characterem [*m.*] vocales eſſe colligamus, quod [*n.*] ferè nunquam decipiet, ut fit in *ACCOMMODO*, & *OCCVRRO*: Infirmatur aliquando Regula ſequente *H*, *L*, & *R*. ut fit in *BACCHVS*, & *AGGLVTINO*, & *ATTRITVS*, ſed hoc rarò evenit. [*o.*] Potuerunt tamen geminati & ſimul poſiti characteres vocales eſſe, quod ex præcedentibus, vel ſubſequentibus non erit difficilè deprehendi, ut fit in *CONJICIO* & *DEESSE*, & ſic litte-

[*i.*] *Non ideò Orthographia contemnitur, quando τὸ Vau & u. Vocales eodem charactere pinguntur, quàm non contemnitur, ſi τὸ Jod & i. Vocales eodem ſcribuntur.*

[*l.*] *Rectisſimè præmonet de Germanicâ Linguâ, quæ multas habet geminatas finales, e.gr.* f. l. m. n. r. s. t. *quod in aliis Linguis eſt planè inſolitum.*

[*m.*] *Falſum eſt, ſi in media dictione geminatæ conjungantur, geminatam eſſe conſonam antecedentem verò & ſubſequentem vocalem. Contrarium patet ex vocabulis concreere, procreetur &c.*

[*n.*] *Certè ſæpius decipit. Et quid tùm, ſi ſcias eſſe vocales ſequentem & prævia m geminatâ exiſtente mediâ, nec tamen determinatè, quales illæ vocales ſint.*

[*o.*] *Ipſe Porta concedit, geminatos characteres vocales eſſe poſſe.*

litteras utrinque poſitas conſonantes eſſe deprehendemus. Hoc tamen noviſſimè præſtabit inter duas ſimiles characterum formas diſſimilem unam inſpicere: fit etenim plerumque, ut ſimiles utrinque poſitæ, vocales ſint, ut in MISERERE. Licet interdum etiam character diſſimilis interpoſitus vocalis ſit, ut *IVIMVS*. Fruſtratur tamen etiamnum Regula, fitque ut tres characteres vocales ſint, ut in *INITE*, hoc tamen rariùs evenit. Unde Regula minimè contemnenda eſt; tametſi incidat, ut aliquando locum non habeat: [*p*.] Nullæ enim ferè de re aliquâ præceptiones afferri poſſunt, quæ interdum non fruſtrentur: neque generalia per particularia debent infirmari. Sufficit namque ut multò [*q*.] frequentius præſtent, quàm decipiant: quod etiam de cætero ſentiendum eſt.

CAPUT VI.

Quot modis diſtinctas conſonantium poteſtates venari poſſimus.

CONſtituto duplici litterarum diſcrimine, & vocalibus à conſonantibus diſcretis, ſequitur ut diſtinctas earum poteſtates aucupemur. Sed id ipſum primùm in conſonantibus quæremus: tùm quia conſonans plerumque vocali præponi ſolet, quòd quaſi natura videtur præcedere; tùm quia ex unâ conſonante alterius & conſonantis, & vocalis notitiam, ut plurimum ejus naturâ edocente, aucupamur:

[*p*] *Præceptiones, quæ fruſtrantur, eliminandæ ſunt.*

[*q*.] *Hoc adhuc controverſum eſt, frequentiusne præſtent an decipiant præceptiones à Portâ tradita.*

ſpamur: quod ex vocalibus conſequi non poſſumus. Quemadmodum enim aliquam conſonantem certa vocalis neceſſariò ſequitur, & poſito conſonantium numero poterit unaquæque diffiniri: Obſervatus enim earum litterarum ordo in ſyllabâ, non parùm adjuvabit; non fiet pari modo, ut vocalis certa conſonantum, quæ præcedunt, vel ſubſequuntur nobis, poſſit notitiam diſtinguere. Ut igitur ad inſtitutum accedamus, plures ad hanc rem poterunt præceptiones adjuvare. Primùm itaque characterum figuras obſervari conveniet, quæ (*a.*) frequentiores, quæque minus frequentes in ſcripto apponantur non ignorare, ſingularum repetitam (*b.*) poſitionem numero indicante. Tùm admiſſo litterarum ordine, quemadmodum magis vel minùs crebrò ſolent plerumque ex ſui naturâ ſcripto intervenire, ſingulæ figuræ diſtinguentur: de quibus licet (*c.*) ſuperius facta ſit mentio, non gravabor tamen eas litteras juxta ſeriem rurſus apponere. Ordo igitur ſe habet hujusmodi. (*d.*) *S,T,R,L,M, N,C,F,P, G, H, D, B, Q, Z, X,* quarum unaquæque quantò præcedit, tantò frequentior eſt. Non inficior tamen ſecus poſſe evenire: eaque de causâ plures rationes afferuntur, ut ſi una Regula fruſtretur, aliæ

(*a.*) *Characterum figuras in ſcripto extantes obſervare utique convenit, ſed attendere ad eorum vel frequentiam vel infrequentiam tanquam ad fundamentum vocales inveſtigandi nihil proficit.*

(*b.*) *numerare characteres, quoties unusquisque occurrit, labor eſt inutilis; ſi ſcriptura prolixior fuerit, ex tempore ſolvi poterit, ut non ſit opus longùm numerare.*

(*c.*) *Suprà b. eod. capite.*

(*d.*) *in hoc ordine multa deſideramus:* M, *præponi debet* τῷ L, P, τῷ F, D, τῷ G, X, τῷ Z,

aliæ non decipiant, & (*e.*) aliæ alias ſuſtentent. Quare omnes, ſi erit neceſſe, tentari conveniet. Hujus rei fidem faciunt Typographi, qui ſingulorum elementorum typos pro cujusque uſu graduatim magis & minus frequenti, plures & pauciores habant: quod eorum elementorum uſus magis & minus crebrò ſoleat intervenire. Hujusmodi præceptiones remotiores ſunt, quàm ut certa litterarum cognitio haberi poſſit: nunc ad magis propinquiores proximum eſt accedere. Succedit itaque ex conſonantium numero tùm in initiis, & finibus verborum, tùm in iis mediis, quæ unaquæque ſit, cognoſcendi modus. Sed ut hoc in initiis primum exigatur, hæc erit obſervatio. Dictionis principio, ut ſummùm quatuor conſonantes cohærebunt, ut accidit in (*f.*) *PHTHISI, PHTHONGO, SPHRAGRIDE*, & ſimilibus, minor numerus non perſcribitur: nam tres, duæ, & una tantùm poteſt vocalem præcedere. Si quatuor itaque vocalem antecedant, plerumque fit, ut duplicem, id eſt ſecundum & quartum locum (*g.*) index aſpirationis ſortiatur. Nam & illa interdum poſita ſemel, alibi collocatur, ut in *SPHRAGRIDE.* Eâ enim interveniente, litterarum numerus augetur, cùm ſcripturæ nihil præter ſonum, quaſi furtim præbeat. Sed crebrius in dictionum (*h.*) principiis tres conſonantes ſolent cohærere: quarum ut cujusque

(*e.*) *Illa ſuſtentatio Regularum mutua vel ſuccedanea eſt nulla.*

(*f.*) *Nullum vocabulum latinum quatuor conſonantes inchoant. Vocabula appoſita ſunt Græca.*

(*g.*) *Aſpiratio illa indicat vocabula eſſe Græca.*

(*h.*) *Non ita crebrò tres conſonantes inchoant dictionem.*

jusque poteſtatem venemur, hic modus obſervabitur. Earum primam ex his unam eſſe neceſſe eſt *C.P.S.T.* Harum enim conſonantium natura duas alias ſubſequi permittit: quarum altera, ſi erit aſpiratio, vel prius, vel poſterius apponitur, ut in *CHLAMIS*, *PHRASIS*, *THRONVS* & *PHTOLOMÆVS* evenit. At *S.* nullam patitur aſpirationem ſtatim ſubſequi ut in *SPHÆRA*. Quod ſi in eo numero nulla fuerit aſpiratio: tùm primam *S.* eſſe neceſſum eſt. Hæc enim ſemivocalis patitur mutam primùm, deinde liquidam ſubſequi. Ex multis verò unam ex his evenire neceſſe eſt, *B.C.G.* ut *SCLOPVS*, & *STRAGES*; verùm de *B* & *G.* latinum exemplum non habetur, ex præcipuis duabus liquidis, ut *L.* vel *R.* ut *SCRIBO*, *STRABO*, & id genus reliqua. E conſonantibus verò hæ ſolæ *C,P,T,R*, ſtatim recipiunt aſpirationem. Ratio eſt, quod cæterarum natura aſperitatem non ferat. (*i*) Quod ſi duæ conſonantes in verborum initiis ponantur, ex his ſingulas primas eſſe oportet, *B,C,D,F,G,P,R,S,T*, ſecundas verò *L,H,R*, ſed earum nexus talis erit (*k.*) *B*, poteſt *L*, & *R*, admittere, ut *BLASIVS* & *BRACHIVM*, *C*, omnes ſimul, ut

M *CLARVS*,

(*i.*) *Senſus eſt obſcurus, ut Author habet in ſuo exemplari: Quod ſi duas conſonantes verborum initia admiſerit contra Grammaticam. Nos correximus: Quod ſi duæ Conſonantes in verborum initiis ponantur, vel ſi duæ conſonantes ab initio conjungantur. Nota multa eſſe in Portâ vitia &c. paſſim correcta.*

(*k.*) *Hæ Regulæ de ſequelâ litterarum tùm demum uſum habent, quando conſona aliqua jam eſt inventa, alias non: Quanquam ne tùm quidem adeò magnum; inventâ enim unica tantùm litterâ beneficio Regularum noſtrarum integra expediri poteſt ſcriptura.*

CLARUS, (*CRISIS* & *CREDO*, *D*, ſolum *R*, accipiet; ut *DRACO*, *F*, *L*, & *R*, ut *FLUMEN*, *FRANGO*. Easdem *G*, aſſumet, ut *GLISCO* & *GRATIA*. *P*. omnes, ut (*l*) *PLUS*, *PHTHISIS*, & *PROBUS*. *R* tantùm *H*. excipiet, ut *RHENUS*. *T*. *H* & *R*, accipiet, ut *THAIS*, & *THRASO*, *TRIBUNUS*. *S*. verò ſoli aliæ plerumque conſonantes ſupponuntur, ut *T*, *C*, (*m*.) *F*, & *P*, ut *STATUA*, *SCIPIO*, *SPHINX*. De *F*. latinum exemplum afferri nullum poteſt, ſed eo ſic (*n*.) vernaculi utuntur. Solent illæ interdum & aliter connecti, ut *B*, cum *D*, quemadmodum eſt *BDELLIUM*, & *C*, cum *T*, ut *CTESIAS*. *M*, cum *N*, ut *MNESTHEUS*, *G*, cum *N*, ut *GNARUS*, *C*. cum *N*. ut *CNEUS*; ſed hujusmodi verborum nexus, & ſi qui ſunt id genus alii, rariùs incidunt. De ſimplici conſonante convenit dicere omnes poſſe vocalem ſtatim præcedere. (*o*.) *G*. lat. ſermo *V*, quæ præit vocali non patitur ſubſequi, quare *VIDO*, *VERINUS*, *VALTERIUS*, pro *GUIDO*, *GUERINUS*, & *GUALTERIUS* dicitur, quod in (*p*.) patrio ſermone non ſervatur. *G*, apud Latinos aſpirationem

(*l*.) *Vitium fuit:* Prius *pro* Plus *correctum*.

(*m*.) *adde* M. *in* ſmegma. Q *in* ſquilla.

(*n*.) *Apud Italos τὸ* S. *initiale ſequitur* B. *in* Sbandare. D. *in* ſdegno. F. *in* ſfuggire. G. *in* ſgravare, *quæ apud Latinos inuſitata eſt conſecutio & connexio litterarum*

(*o*.) *Iterum. obſcurus ſenſus, quem hunc eſſe exiſtimamus*. *Conſona* G. *apud Latinos, ſi eam ſequatur* u. *& adhuc τὸ* u. *alia vocalis, omittitur, ut dicam* Valterius, *non* Gualterius, *quia τὸ* G. *ſequuntur* u. *cum alia vocali*.

(*p*.) *Italico ſc. quo* G. *ſæpius ponitur ante* (u - a.) *in* gualchiera, gualdrappa, *&c*.

nem non recipit, ſed apud (*q.*) vulgares non excludit. *D.* aſpirationem nunquam patitur ſubſequi. De conſonantibus dictiones inchoantibus ſatis; nunc de aliis quæ in mediis ſolent occurrere. In mediâ dictione poſſunt quatuor ſimul eſſe conſonantes: quod evenit, vel aſpiratione, vel liquida, ut fit in *ERICHTHONIUS* & *ABSTRUSUS*: Si verò ternæ fuerint, quod crebriùs evenit primas aut has *S*, & *M*, ſemivocales eſſe oportet, aut omnes mutas. Quod ſi *M*, fuerit; tùm *H*, ſequi neceſſe eſt, ſi *S*, eas, quas neceſſariò ſuccedere ſuperiùs diximus. Idem & de mutis etiam dicendum eſt: ſed hoc erit; ſi eas conſonantes ſyllaba ſimul coire patiatur: Alioquin illæ erunt, quæ conjungi non poſſunt, quemadmodum *B*, *C*, & ex adverſo conſonantes, quæ intra dictionem in ſyllaba coëunt, eas eſſe cognoſcimus; quæ poſſunt, & initio ſyllabam conficere. Prima igitur geminatarum conſonantium cognitio ſe offert: omnes eſſe poterunt exceptis his (*r.*) *H*, *Q*, *X*, & *Z*. ſed hæc poſtrema in (*s.*) materno ſermone geminatur. Verùm ſi geminatas alia conſonans conſequetur, illam vel alteram ex duobus liquidis *L*, & *R*, vel aſpirationem eſſe oportet, ut fit in *AGGLUTINO*, *AGGREGO*, & *BACCHUS*. Terminare verò dictiones tres conſonantes poſſunt *R B*, *S*, & *R*, *P*, *S*, ut *URBS*, & *STIRPS*, ſed has tantùm dictiones eſſe comperimus. Crebriùs duæ ut *ST*, *NT*, *NS*, & *RS*, quemadmodum fit in *EST*, *AMANT*, *AMANS*, & *ARS*, rarò in *PS*, *BS*, *NX*, ut *STIRPS*, *SCOBS*, *SPHINX*. Finales

M 2 verò

(*q.*) *Italos ſc. qui dicunt:* Ghirlanda.
(*r.*) *adde Latinum* A. *ingeminabile, exceptis paucis;*
(*s.*) *Italico putà, ubi τὸ* Z. *creberrimè geminatur.*

verò litteræ ut dignoſcantur, hæ apud Latinos crebriores eſſe ſolent, (*t.*) *D*, *M*, *N*, *R*, *S*, *T*: in hâc etiam nonnunquam deſinunt (*u.*) *B*, *C*, *L*, *X*. De (*x*.) vocalibus nihil dicimus, nam omnes ferè dictiones in eis terminantur. In *H.* terminantes dictiones duæ ſuppetunt Latinis (*y*) *AH*, & *VAH*, quæ detracto *A*, ſuperſunt de *AHA*, *VAHA*. Vulgares tamen noſtri in vocales plerumque dictiones terminant, finales verò conſonantes paucas habent *R*, *L*, *T*, *H*. Poſſunt & aliæ de agnoſcendis primis, mediis, & extremis dictionum litteris obſervationes tradi, ſed eas tùm brevitatis causâ, tùm etiam, quia hoc ipſum Grammaticæ potiùs, quàm noſtræ tractationis eſt, omittimus. Hæc licet nonnullis levia, & parvi momenti videri poſſint, tamen quia à noſtro munere nequaquam abhorrere viſa ſunt, non duximus omittenda.

Caput

(*t.*) D. *tantùm in noβem βoculis eſt finale, βid. Reg. Litt.* D. *Lingu. Latinæ.* N. *etiam non tàm crebro eſt finale.*

(*u.*) b. *deſinit tantùm in* ab, ob, ſub, rob, *βid. Reg. B. Lingu. Lat. ult.*

(*x*) *Hæc debuiſſet de βocali* u. *Regula addi:* u. *eſt inter βocales rarisſimè finalis, ſed ſæpisſimè penultima, quod probamus 1. in omnibus Genitiβis Pluralibus omnium Declinationum. 2. In omnibus Accuſatiβis ſecundæ & quartæ Declinationis, etiam in nonnullis tertiæ Declinationis, quæ ſunt generis neutrius. 3. In omnibus primis perſonis βerborum Pluralis Numeri. 4. In infinitiβis, Supinis. 5. In Adβerbiis. 6. Præpoſitionibus, Conjunctionibus eſt finale.*

(*y.*) *Adde:* Proh, oh.

CAPUT VII.

Quot modis ſingulas vocalium poteſtates aucupemur.

Diſtinctâ in hunc modum conſonantium notitiâ, ſeqvitur mox, ut ſic vocales cognoſcantur: Hujus rei modi aliquot afferri poſſunt. Primus itaque eſt, ut inde initium, unde ante in conſonantibus auſpicemur. Si earundem figurarum repetitio obſervetur, quæ crebrius, quæque minùs crebrò in ſcripto reponantur, illæ ordine ſic ſe habent, ut *(a.)* *E.* frequentiſſima ſit, *I.* mox minus frequens, hâc rurſus rarior *(b.)* *O*, ſic & hac minus frequens *(c.)* *A*, & *(d.)* *V*, poſteà omnium rariſſima. *(e.)* Primæ verò binæ in ſcripti repetitione tàm quaſi cognatæ ſunt, ut vix poſſint diffiniri utra crebrior ſoleat intervenire Idem & de binis aliis O, & *A.* rectè affirmabitur: quod obſervatis ſingulis in li-

 bris

(a.) *Regulæ hæ ſunt ficulneæ. Contingit* τὸ E. *ſæpiſſimè occurrere. Apud Germanos Regula hæc eſt firmior.*

(b.) *Non probamus, quod* τὸ *O. faciat Porta frequentiorem* A *cùm* O *ſit inter vocales omnium minimè frequens.*

(c.) A *multò frequentior eſt* τῷ O.

(d.) τὸ u. *crebrius occurrit, quàm* τὸ O. *unde ſi ordo conſtituendus eſſet, tunc ego conſtituerem:* E. I. A. V. O.

(e.) *Satis obſcurè hic proponit ſenſum animi: Senſus eſt, inter* τὸ A & O. E. & I. *nullam eſſe ferè differentiam, æquè crebrò utramque occurrere, id quod verum eſt. Nota quoque vitium in Portæ exemplari fuiſſe: prima, pro primæ, &c.*

libris dictionibus ediſcitur; licet interdum res aliter contingat. Nos enim de eo quod (*f.*) frequentius eſt, non quod & aliter interdum fit, loquimur. Hoc primum indicio habito, alia deinde obſervari oportebit, ut ſi duæ ſimiles vocales inchoent, & terminent, utramque *ll.* eſſe cognoſcamus, ut pluralitatem pronominis, quod eſt, *ls*, innuat. Quod ſi verbi initio eædem figuræ ſint appoſitæ, ambas vel (*g.*) *l*, vel *V.* eſſe cenſebimus, ut eſt in *VULTUS*, & *IIDEM*, cujus rei certitudinem ſuccedentium mox characterum poterit obſervatio confirmare. Duplex enim *OO*, ſolum in dictione (*h.*) *OONÆ* (Inſulæ in ſeptentrionali Oceano poſitæ,) reperitur. Ejusdem raritatis erit verbum inveniſe, quod à triplici vocali initium ſumet, hoc enim neſcio, an in aliquo vocabulo, quàm in eo, quod eſt *Vvula* reperitur. (*i.*) Hanc præterea vocalem eſſe cognoſces, ſi eam rariorem univerſo ſcripto (*k.*) litterarum ſequi conſpexeris, quam *Q.* eſſe admoneri poſſumus, (*l.*) illi enim ſemper ſolet ſuccedere.

Plures

(*f.*) *de eo diſputatur, num frequentius id fiat, quod opinatur Porta.*

(*g.*) *Vide Reg. primam τῦ* u. *Litt. Latinæ & invenies plura adhuc eſſe vocabula, geminatam ab initio dictionis habentia, neque tamen vel ab* u, *vel* i, *incipientia.*

(*h.*) *Nego hoc; Sunt enim alia, e. gr.* Oopellum, Ooſcyphium, Oogala, Ootos, *&c.*

(*i, k.*) *Hanc, nimirum* u. *Senſus iterum ſatis perplexus, quem ita enodamus. Cognoſces characterem aliquem ſignificare* u, *ſi conſpexeris τὴν* u, *vel characterem qui ſignificat* (u,) *ſequi rariorem litteram ſc.* Q. *in univerſo ſcripto, quam rariorem, quæ τὸ* u, *antecedit vel characterem ejus admoneri poſſumus* Q. *eſſe.*

(*l.*) *illi enim, i.e. τῷ* Q. *ſolet ſuccedere τὸ* u.

Plures ad hæc conjecturæ afferri poſſunt, ſed eas prætermittere tàm parvi refert, quàm convenit brevitatem ſequi. Neque enim interpretanti obſervare omnia, quæ de his dicta ſunt, erit neceſſarium. Siquidem nimis moleſtum foret hæc cuncta experiri: ut ſatiùs eſſet in ambiguitate remanere, quàm in tanto labore tàm anxiè torqueri. Ex paucis enim hujusmodi obſervationibus facilè fiet, ut nonnullæ cognitæ litteræ, cæterarum nobis (quemadmodum alibi dictum eſt,) ſine Regulis cognitionem tradant. Quare (*m.*) omnis labor circa initia verſabitur. Verùm nec adeò uni Regulæ ad litteræ cognitionem fidendum eſt, ut non debeamus experiri, an ex aliis ejus certitudo confirmetur: alioquin parùm fuiſſet profuturum moltas ad id præceptiones tradere, niſi viſum eſſet commodiùs unam alterius nixu ſuſtentari, & unius certitudinem debere alterius experimento confirmari.

CAPUT VIII.

Quomodo traditis Regulis uti conveniat: tùm de eo exemplum.

NUnc quemadmodum iis Regulis uti conveniat, operæ pretium eſt indicare. Quod non modò ſuperfluum non videtur, verùm etiam maximè utile, imò verò interdum maximè neceſſarium. Parùm enim eſſet, quempiam præcepta artis, & inſtrumenta habere, niſi eorum etiam uſum percal-

 leat.

(*m.*) *Utique omnis labor circa initia verſatur; unde hic opus, hic labor eſt, non in conjecturis occupatus, ſed ſolidis Regulis.*

leat. Neque dubium eſt eum, qui alicujus rei futurus eſt artifex, ſi alium artificem operantem videat, multò faciliùs ea, quæ didicit oculorum ſenſu, quàm ante auditu, & mentis agitatione percepturum: cùm certior rerum notitiâ ex oculis, quàm aliunde haberi poſſit. Nam & certiora ſunt ea, quæ per praxin, quàm quæ per præcepta, & canones tantùm ediſcuntur. Sed ut ad propoſitum accedamus. (*a.*) Primum ex Regulis, quas tradidimus, ecquid hujus generis an alterius obſcurè ſcriptum ſit, diligenter interpres obſervabit. Quod ubi cognitum ſit, ad hoc genus pertinere, (*b.*) elementa primùm ſingula diſtinguet, & ſuam cuique characteri (*c.*) poteſtatem ſuppoſitis veris litterarum formis ſubſtituet. Quod recténe an perperam effectum ſit, (*d.*) experimentum indicabit. Aut etiam in eadem poteſtate (*dd.*) integros & perfectos verborum ſenſus characteres explebunt, aut imperfectos, corruptos & nihil prorſus ſignificantes reddent. Quod ſi ea cura minùs dextrè videbitur ceſſiſſe, judicium in artis locum ſuccedet, (*e.*) res conjecturis agenda,

(*a.*) *Primum omnium eſt epiſtolam diſcernere & judicare, cujus ſit idiomatis.*

(*b.*) *Per elementa intelligit litteras vel characteres.*

(*c.*) *i.e. Characterem qui frequentiſſimè occurrit, ſupponit pro* E. *&c. dein* i.

(*d*) *Experimentum indicabit utique te ſæpius deceptum.*

(*dd.*) *i.e. fiet, ut quandoque integrum verbum eruas per vocales crebrò minusque crebrò occurrentes, e.gr. ſi character frequentiſſimè occurrens ſit* E. *dein minus frequens* i, *& exiſtat in ſcripto vocula* (21.) *erit illa* ei, *ratio, quia τὸ* 2 *ſæpiſſimè occurrit, ſecundùm eam character* (1.)

(*e.*) *Methodus, quâ conjecturis agitur, præſertim in ſcripto prolixo nullius eſt bili.*

da, & in iis eſt multùm elaborandum: tentabitur an in paucis modò his, modò illis, nunc (*f.*) permutatâ poteſtate, nunc (*f.*) reſtitutâ res poſſit videri voto cedere. Si adhuc res animo non reſponderit, quærentur verba, in quibus vel (*g.*) nulli ſint iidem characteres; vel pauciſſimi, ut aliorum mox experimentum fiat, donec poſſit videri, an ex iis aliqui opinioni conveniant. Si ne hoc quidem proderit, dictiones tùm (*h.*) pauciſſimis conflatæ litteris eligentur, uti quas vel una ſolùm perficiat, vel duæ, treſve, aut ad ſummum quatuor. Siquidem, quæ hujusmodi ſunt, inter paucas numerantur, & minor proinde labor erit ad certitudinem non multùm vagari. Cujus rei gratia nos Tabulas confecimus, ut quoties opus ſit, eâ de causâ quilibet ad eas poſſit recurrere. Sic enim facilè erit verba, ſi qua hujusmodi ſcripto reponantur, intelligi, unde characteribus primùm aliquot cognitis, non difficile quis poterit aliorum mox notitiam conſequi. Sed ſi ex adverſo primâ fronte judicium videbitur voto ceſſiſſe, ut non obſcuro argumento ſciri poſſit, ecquid veras notarum poteſtates fuerit venatus, ex antecedentibus vel conſequentibus certitudi-

(*ff.*) *i. e. Modo character ſupponendus eſt pro* E. *modò pro* A. *modò pro conſonante, donec res cedat.*

(*g*) *Hoc planè eſt præpoſterum & abſurdum, nempe quærere verba in quibus vel nulli ſint iidem characteres, vel pauciſſimi, cùm potius illa vocabula ſint conquirenda, in quibus eædem litteræ ſæpius obviant, non, quæ habent ſingulos diverſos, ita enim aliorum experimentum fieri nequit.*

(*h.*) *Rectius agitur, quando voculæ duarum, trium, quatuor litterarum annotantur, & exſcribuntur, item, quæ repetunt litteras.*

titudinem nanciſcetur, nam ſi laborem eventus minimè ſit fruſtratus, hoc integer & congruus verborum ſenſus indicabit, ipſa verò cognitorum characterum junctura, reliquorum ſubinde poterit paulatim notitiam ingerere. Quâ in re minimè labor fugiendus eſt, ſed res tamdiu tentanda, modò ut diximus litterarum poteſtate permutatâ, modò reſtituta, donec quod clauſum, ſe ſponte paulatim aperiat. Verùm ad hæc non parùm afferet luminis, ſi eorum, quæ circa rem ſunt, quæque prius ab interprete ſciri diximus præſtare, cognitio (*i.*) acceſſerit. Initio igitur antequam ad ſcriptum veniatur, nonnulla ex conjecturis nanciſci licebit; Veluti quia de (*k*) manu militis, ab exploratoribus epiſtola eſt intercepta, de re bellicâ inde tractatum eſſe arguetur, unde veriſimile eſt *BELLI* nomen non eſſe prætermiſſum & ex quinque, ſive ſex, ſive pluribus ea dictio conflata ſit, non deeſſe, ſi idioma latinum eſſe cognoſcetur; nam ſi vernaculum illud ſit (*l.*) proprii verbi litteras perquiri oportet. Atqui ad hoc ſcripti prius rationem haberi eſt neceſſe. Nam ſi illud ad hoc genus pertinebit, verbum illud ſi erit, faciliimè poterit obviare, ſi verò aliis dolis involutum ſit, major ad inveniendum erit labor, & rem aliter, atque aliter pro ſcripti genere tentare oportebit. Sed ut dicta faciliùs intelligantur, exemplum adjiciam.

Nam ut in declarationibus efficaciſſimum eſt: ita in diſciplinis ad docendum aptiſſimum videtur, quòd ſic præcepta quaſi experimento comprobentur.

(*i.*) *Hæc nulla ſunt, & ſtraminea.*

(*k.*) *& hæc: non enim á manu militis accipiuntur epiſtolæ ſemper. Unde ficulnea ſunt, quæ ſequuntur.*

(*l.*) *nimirùm:* Guerra.

tur. Multa enim inſtantia judicio vel ſtatim ſæpè decernuntur, quàm vel difficile eſt ante caſum à magiſtro diffiniri, nedum à diſcentibus percipi. Id obſcurè igitur ſcriptum erit:

1234. 567895. 02♄465. ♃23463.
9♂♂θ678ς808. 64. 80846. ☿6♉♉γ5.
☽γ89. 7γ♊. ☿6♉♉8♂6θ9072. ♃2786.
♀2θ4846θ. ♄6♄8784. 6♄♄6.
76121γ♉9☿84γθ. γθ☿3. 64. ☿6♉♉8.
♀8083. 6θ84.

Scriptura eſt Portæ, ſed characteres ſunt noſtri, eo à nobis ſine electi, ut correctius typis imprimeretur Scriptura, quæ, ſi inconditi iſtiuſmodi characteres adhiberentur, vitioſè forſan excuderetur, ſicut & ipſius Portæ characteres non uno laborant vitio. Interim nihil accedit vel perſpicuitatis vel obſcuritatis Scripturæ, quibuſcunque characteribus ea exararetur.

Pergit *Porta.*

Primùm itaque variati characteres, quod non plures viginti conſpiciuntur, (*m.*) crebrior præterea quinque characterum repetitio, quæ vocalium præbet indicium: Finales etiam literæ, quæ præſcriptum numerum non excedunt; diſtincta tùm partium ſeries, & cætera demum, quæ ad hujusmodi ſcriptum ſpectant: Simplex permutati characteris genus eſſe non ambiguis admonet conjecturis.

Idioma

(*m.*) *nego, quòd crebrior characterum repetitio vocalium præbeat indicium.*

Idioma verò (*n.*) latinum eſſe, ex finalium litterarum numero deprehenditur. Quia verò Magnates ab epiſtolis in arduis præſertim negotiis Notarios ſcripturæ peritiſſimos habent, ſperandum eſt proinde orthographiæ rationem minimè fuiſſe prætermiſſam. Caterùm, antequam ad Elementorum notitiam venietur, tentari poteſt ex ipſa materia an aliquod ſcripti verbum poſſit intelligi, ut eâ ratione aliqua inde litterarum notitia deveniat. Quoniam itaque (ut dictum eſt,) (*o.*) conjici poteſt de bello agi, quod epiſtola vel belli tempore, vel aliâ id ratione cognoſcatur, proinde non erit admodum difficile perquirenti aliquo ſcripti loco ejus verbi ſex litteras invenire, prodente hoc præſertim geminatæ litteræ, quæ opportuno loco collocantur indicio, eoque modo ex ipsâ materiâ, priusquam ex ſcripto trium primo figurarum, quaſi certam notitiam deprependi. Nam de iis nondum primâ fronte ſatis poterit conſtare, niſi ex conſequentium poſitione certior notitia confirmatur. His itaque in univerſum cognitis ſupereſt rem ipſam propiùs attingere, ut ſingulorum elementorum poteſtas dignoſcatur: Vocales igitur primùm in mediis dictionibus, & interdum in earum finibus quæſiturus, (latinus enim ſermo in terminationi-

(*n.*) *Finales in hoc ſcripto Porta ſunt ſequentes: 4. 5. 3. 8. 6. 9. II. 2 θ. novem conſequenter, ex quibus nondum concluditur hoc idioma latinum eſſe. Italicum non eſſe probabiliter infertur. Gallicam non eſſe planè doceri nequit, multò minus determinatè Latinum.*

(*o.*) *At quæſo, unde conjici poteſt agi de bello? Et ſi in hâc epiſtolâ agitur de bello, an in alia etiam agetur?*

tionibus poteſt decipere,) has figuras, quia (*p.*) creberrimæ repetuntur: 2. 6. 8. 9. *r.* vocales eſſe conjiciet. Huc accedit, quòd (*q.*) eædem raris characteribus, quoties occurrunt, videntur adhærere. Nec obſtat, licet interdum etiam illis nonnullæ conſonantes proximè poſſint ſociari; Nam de eo potiùs judicandum eſt, quod frequentius evenit, quàm quod rariùs. Hoc etiam præſtat, quod proximè (*r.*) geminatos characteres ex utroque latere cernuntur aſſiſtere. Sunt & alia, [illegible] quæ ad rem ſpectant, quarum illæ indiciis produntur, unde colligi licet, eas non niſi vocales eſſe, [illegible] per omnes ſimul Regulas de illis opinio confirmentur. [illegible] libus in hunc modum à conſonantibus [illegible] proximum eſt ſua ſingulis [illegible] aſſignare. Sed ut hoc in conſonantibus primum [illegible] opportunius exigatur, duplici ratione [illegible] repetitione, & plurium conjunctione [illegible] mis verborum partibus, [illegible]

(*p.*) *Non quia creberrime repetuntur* [illegible]

(*q.*) *Senſus iterum* [illegible] *hic Characteres* 2 [illegible]

(*r.*) *Videmus* [illegible]

aliæ non decipiant, & (*e.*) aliæ alias ſuſtentent. Quare omnes, ſi erit neceſſe, tentari conveniet. Hujus rei fidem faciunt Typographi, qui ſingulorum elementorum typos pro cujusque uſu graduatim magis & minus frequenti, plures & pauciores habant: quod eorum elementorum uſus magis & minus crebrò ſoleat intervenire. Hujusmodi præceptiones remotiores ſunt, quàm ut certa litterarum cognitio haberi poſſit: nunc ad magis propinquiores proximum eſt accedere. Succedit itaque ex conſonantium numero tùm in initiis, & finibus verborum, tùm in iis mediis, quæ unaquæque ſit, cognoſcendi modus. Sed ut hoc in initiis primum exigatur, hæc erit obſervatio. Dictionis principio, ut ſummùm quatuor conſonantes cohærebunt, ut accidit in (*f.*) *PHTHISI, PHTHONGO, SPHRAGRIDE*, & ſimilibus, minor numerus non perſcribitur: nam tres, duæ, & una tantùm poteſt vocalem præcedere. Si quatuor itaque vocalem antecedant, plerumque fit, ut duplicem, id eſt ſecundum & quartum locum (*g.*) index aſpirationis ſortiatur. Nam & illa interdum poſita ſemel, alibi collocatur, ut in *SPHRAGRIDE*. Eâ enim interveniente, litterarum numerus augetur, cùm ſcripturæ nihil præter ſonum, quaſi furtim præbeat. Sed crebrius in dictionum (*h.*) principiis tres conſonantes ſolent cohærere: quarum ut cujusque

(*e.*) *Illa ſuſtentatio Regularum mutua vel ſuccedanea eſt nulla.*

(*f.*) *Nullum vocabulum latinum quatuor conſonantes inchoant. Vocabula appoſita ſunt Græca.*

(*g.*) *Aſpiratio illa indicat vocabula eſſe Græca.*

(*h.*) *Non ita crebrò tres conſonantes inchoant dictionem.*

juſque poteſtatem venemur, hic modus obſervabitur. Earum primam ex his unam eſſe neceſſe eſt *C. P. S. T.* Harum enim conſonantium natura duas alias ſubſequi permittit: quarum altera, ſi erit aſpiratio, vel prius, vel poſterius apponitur, ut in *CHLAMIS*, *PHRASIS*, *THRONUS* & *PHTOLOMÆUS* evenit. At *S.* nullam patitur aſpirationem ſtatim ſubſequi ut in *SPHÆRA*. Quod ſi in eo numero nulla fuerit aſpiratio: tùm primam *S.* eſſe neceſſum eſt. Hæc enim ſemivocalis patitur mutam primùm, deinde liquidam ſubſequi. Ex multis verò unam ex his evenire neceſſe eſt, *B. C. G.* ut *SCLOPUS*, & *STRAGES*; verùm de *B* & *G.* latinum exemplum non habetur, ex præcipuis duabus liquidis, ut *L.* vel *R.* ut *SCRIBO*, *STRABO*, & id genus reliqua. E conſonantibus verò hæ ſolæ *C*, *P*, *T*, *R*, ſtatim recipiunt aſpirationem. Ratio eſt, quod cæterarum natura aſperitatem non ferat. (*i.*) Quod ſi duæ conſonantes in verborum initiis ponantur, ex his ſingulas primas eſſe oportet, *B*, *C*, *D*, *F*, *G*, *P*, *R*, *S*, *T*, ſecundas verò *L*, *H*, *R*, ſed earum nexus talis erit (*k.*) *B*, poteſt *L*, & *R*, admittere, ut *BLASIUS* & *BRACHIUM*, *C*, omnes ſimul, ut *CLARUS*,

M

(*i.*) *Senſus eſt obſcurus, ut Author habet in ſuo exemplari: Quod ſi duas conſonantes verborum initia admiſerit contra Grammaticam. Nos correximus: Quod ſi duæ Conſonantes in verborum initiis ponantur, vel ſi duæ conſonantes ab initio conjungantur. Nota multa eſſe in Portâ vitia &c. paſſim correcta.*

(*k.*) *Hæ Regulæ de ſequelâ litterarum tùm demum uſum habent, quando conſona aliqua jam eſt inventa, alias non: Quanquam ne tùm quidem adeò magnum; inventâ enim unica tantùm litterâ beneficio Regularum noſtrarum integra expediri poteſt ſcriptura.*

CLARUS, (*RISIS* & *CREDO*, *D*, ſolum *R*, accipiet; ut *DRACO*, *F*, *L*, & *R*, ut *FLUMEN*, *FRANGO*. Easdem *G*, aſſumet, ut *GLISCO* & *GRATIA*. *P*. omnes, ut (*l*) *PLUS*, *PHTHISIS*, & *PROBUS*. *R* tantùm *H*. excipiet, ut *RHENUS*. *T*. *H* & *R*, accipiet, ut *THAIS*, & *THRASO*, *TRIBUNUS*. *S*. verò ſoli aliæ plerumque conſonantes ſupponuntur, ut *T*, *C*, (*m*.) *F*, & *P*, ut *STATUA*, *SCIPIO*, *SPHINX*. De *F*. latinum exemplum afferri nullum poteſt, ſed eo ſic (*n*.) vernaculi utuntur. Solent illæ interdum & aliter connecti, ut *B*, cum *D*; quemadmodum eſt *BDELLIUM*, & (, cum *T*, ut *CTESIAS*. *M*, cum *N*, ut *MNESTHEUS*, *G*, cum *N*, ut *GNARUS*, *C*. cum *N*. ut *CNEUS*; ſed hujusmodi verborum nexus, & ſi qui ſunt id genus alii, rariùs incidunt. De ſimplici conſonante convenit dicere omnes poſſe vocalem ſtatim præcedere. (*o*.) *G*. lat. ſermo *U*, quæ præit vocali non patitur ſubſequi, quare *VIDO*, *VERINUS*, *VALTERIUS*, pro *GUIDO*, *GUERINUS*, & *GUALTERIUS* dicitur, quod in (*p*.) patrio ſermone non ſervatur. *G*, apud Latinos aſpirationem

(*l*.) *Vitium fuit:* Prius *pro* Plus *correctum*.

(*m*.) *adde* M. *in* ſmegma. Q *in* ſquilla.

(*n*.) *Apud Italos τὸ* S. *initiale ſequitur* B. *in* Sbandare. D. *in* ſdegno. F. *in* ſfuggire. G. *in* ſgravare, *quæ apud Latinos inuſitata eſt conſecutio & connexio litterarum*

(*o*.) *Iterum. obſcurus ſenſus, quem hunc eſſe exiſtimamus*. *Conſona* G. *apud Latinos, ſi eam ſequatur* u. *& adhuc τὸ* u. *alia vocalis, omittitur, ut dicam* Valterius, *non* Gualterius. *quia τὸ* G. *ſequuntur* u. *cum alia vocali*.

(*p*.) *Italico ſc. quo* G. *ſæpius ponitur ante* (u - a.) *in* gualchiera, gualdrappa, &c.

nem non recipit, ſed apud (q.) vulgares non excludit. *D.* aſpirationem nunquam patitur ſubſequi. De conſonantibus dictiones inchoantibus ſatis; nunc de aliis quæ in mediis ſolent occurrere. In mediâ dictione poſſunt quatuor ſimul eſſe conſonantes: quod evenit, vel aſpiratione, vel liquida, ut fit in *ERICHTHONIUS* & *ABSTRUSUS*: Si verò ternæ fuerint, quod crebriùs evenit primas aut has *S*, & *M*, ſemivocales eſſe oportet, aut omnes mutas. Quod ſi *M*, fuerit, tùm *H*, ſequi neceſſe eſt, ſi *S*, eas, quas neceſſariò ſuccedere ſuperiùs diximus. Idem & de mutis etiam dicendum eſt: ſed hoc erit; ſi eas conſonantes ſyllaba ſimul coire patiatur: Alioquin illæ erunt, quæ conjungi non poſſunt, quemadmodum *B*, *C*, & ex adverſo conſonantes, quæ intra dictionem in ſyllaba coëunt, eas eſſe cognoſcimus, quæ poſſunt, & initiò ſyllabam conficere. Prima igitur geminatarum conſonantium cognitio ſe offert: omnes eſſe poterunt exceptis his (r.) *H*, *Q*, *X*, & *Z*. ſed hæc poſtrema in (ſ.) materno ſermone geminatur. Verùm ſi geminatas alia conſonans conſequetur, illam vel alteram ex duobus liquidis *L*, & *R*, vel aſpirationem eſſe oportet, ut fit in *AGGLUTINO*, *AGGREGO*, & *BACCHUS*. Terminare verò dictiones tres conſonantes poſſunt *R*, *B*, *S*, & *R*, *P*, *S*, ut *URBS*, & *STIRPS*, ſed has tantùm dictiones eſſe comperimus. Crebriùs duæ ut *ST*, *NT*, *NS*, & *RS*, quemadmodum fit in *EST*, *AMANT*, *AMANS*, & *ARS*, rarò in *PS*, *BS*, *NX*, ut *STIRPS*, *SCOBS*, *SPHINX*; Finales

M 2 verò

(q.) *Italos ſc. qui dicunt:* Ghirlanda.
(r.) *adde Latinum* A. *ingeminabile, exceptis paucis;*
(ſ.) *Italico putà, ubi τὸ* Z. *creberrimè geminatur.*

verò litteræ ut dignoſcantur, hæ apud Latinos crebriores eſſe ſolent, (*t.*) *D*, *M*, *N*, *R*, *S*, *T*: in hâc etiam nonnunquam deſinunt (*u.*) *B*,*C*,*L*,*X*. De (*x.*) vocalibus nihil dicimus, nam omnes ferè dictiones in eis terminantur. In *H.* terminantes dictiones duæ ſuppetunt Latinis (*y*) *AH*, & *VAH*, quæ detracto *A*, ſuperſunt de *AHA*,*VAHA*. Vulgares tamen noſtri in vocales plerumque dictiones terminant, finales verò conſonantes paucas habent *R*, *L*, *T*, *H*. Poſſunt & aliæ de agnoſcendis primis, mediis, & extremis dictionum litteris obſervationes tradi, ſed eas tùm brevitatis causâ, tûm etiam, quia hoc ipſum Grammaticæ potiùs, quàm noſtræ tractationis eſt, omittimus. Hæc licet nonnullis levia, & parvi momenti videri poſſint, tamen quia à noſtro munere nequaquam abhorrere viſa ſunt, non duximus omittenda.

CAPUT

(*t.*) D. *tantùm in novem voculis eſt finale, vid. Reg. Litt.* D. *Lingu. Latinæ.* N. *etiam non tàm crebro eſt finale.*

(*u.*) b. *deſinit tantùm in* ab, ob, ſub, rob, *vid. Reg. B. Lingu. Lat. ult.*

(*x*) *Hæc debuiſſet de vocali* u. *Regula addi:* u. *eſt inter vocales rariſſimè finalis, ſed ſæpiſſimè penultima, quod probamus 1. in omnibus Genitivis Pluralibus omnium Declinationum. 2. In omnibus Accuſativis ſecundæ & quarta Declinationis, etiam in nonnullis tertiæ Declinationis, quæ ſunt generis neutrius. 3. In omnibus primis perſonis verborum Pluralis Numeri. 4. In infinitivis, Supinis. 5. In Adverbiis. 6. Præpoſitionibus, Conjunctionibus eſt finale.*

(*y.*) *Adde:* Proh, oh.

CAPUT VII.

Quot modis ſingulas vocalium poteſtates aucupemur.

DIſtinctâ in hunc modum conſonantium notitiâ, ſequitur mox, ut ſic vocales cognoſcantur: Hujus rei modi aliquot afferri poſſunt. Primus itaque eſt, ut inde initium, unde ante in conſonantibus auſpicemur. Si earundem figurarum repetitio obſervetur, quæ crebrius, quæque minùs crebrò in ſcripto reponantur, illæ ordine ſic ſe habent, ut (*a.*) *E.* frequentiſſima ſit, *I.* mox minus frequens, hâc rurſus rarior (*b.*) *O*, ſic & hac minus frequens (*c.*) *A*, & (*d.*) *V*, poſteà omnium rariſſima. (*e.*) Primæ verò binæ in ſcripti repetitione tàm quaſi cognatæ ſunt, ut vix poſſint diffiniri utra crebrior ſoleat intervenire. Idem & de binis aliis O, & *A.* rectè affirmabitur: quod obſervatis ſingulis in li-

M 3 bris

(*a.*) *Regulæ hæ ſunt ficulneæ. Contingit τὸ* E. *ſæpiſſimè occurrere. Apud Germanos Regula hæc eſt firmior.*

(*b.*) *Non probamus, quod τὸ O. faciat Porta frequentiorem* A *cùm* O *ſit inter vocales omnium minimè frequens.*

(*c.*) A *multò frequentior eſt τῷ* O.

(*d.*) *τὸ* u. *crebrius occurrit, quàm τὸ* O. *unde ſi ordo conſtituendus eſſet, tunc ego conſtituerem:* E. I. A. V. O.

(*e.*) *Satis obſcurè hic proponit ſenſum animi: Senſus eſt, inter τὸ* A *&* O. E. *&* I. *nullam eſſe ferè differentiam, aquè crebrò utramque occurrere, id quod verum eſt. Nota quoque vitium in Portæ exemplari fuiſſe: prima, pro primæ, &c.*

libris dictionibus ediſcitur; licet interdum res aliter contingat. Nos enim de eo quod (*f.*) frequentius eſt, non quod & aliter interdum fit, loquimur. Hoc primum indicio habito, alia deinde obſervari oportebit, ut ſi duæ ſimiles vocales inchoent, & terminent, utramque *ll.* eſſe cognoſcamus, ut pluralitatem pronominis, quod eſt, *ls*, innuat. Quod ſi verbi initio eædem figuræ ſint appoſitæ, ambas vel (*g.*) *l*, vel *V.* eſſe cenſebimus, ut eſt in *VULTUS*, & *IIDEM*, cujus rei certitudinem ſuccedentium mox characterum poterit obſervatio confirmare. Duplex enim *OO*, ſolum in dictione (*h.*) *OONÆ* (Inſulæ in ſeptentrionali Oceano poſitæ,) reperitur. Ejusdem raritatis erit verbum invenire, quod à triplici vocali initium ſumet, hoc enim neſcio, an in aliquo vocabulo, quàm in eo, quod eſt *Uvula* reperitur. (*i.*) Hanc præterea vocalem eſſe cognoſces, ſi eam rariorem univerſo ſcripto (*k.*) litterarum ſequi conſpexeris, quam *Q.* eſſe admoneri poſſumus, (*l.*) illi enim ſemper ſolet ſuccedere.

Plures

(*f.*) *de eo diſputatur, num frequentius id ſiat, quod opinatur Porta.*

(*g.*) *vide Reg. primam τȣ* u. *Litt. Latinæ & invenies plura adhuc eſſe vocabula, geminatam ab initio dictionis habentia, neque tamen vel ab* u, *vel* i, *incipientia.*

(*h.*) *Nego hoc; Sunt enim alia, e. gr.* Oopellum, Ooſcyphium, Oogala, Ootos, *&c.*

(*i.k.*) *Hanc, nimirum* u. *Senſus iterum ſatis perplexus, quem ita enodamus. Cognoſces characterem aliquem ſignificare* u, *ſi conſpexeris τὴν* u, *vel characterem qui ſignificat* (u,) *ſequi rariorem litteram ſc.* Q. *in univerſo ſcripto, quam rariorem, quæ τὸ* u, *antecedit vel characterem ejus admoneri poſſumus* Q. *eſſe.*

(*l.*) *illi enim, i.e. τῷ* Q. *ſolet ſuccedere τὸ* u.

Plures ad hæc conjecturæ afferri poſſunt, ſed eas prætermittere tàm parvi refert, quàm convenit brevitatem ſequi. Neque enim interpretanti obſervare omnia, quæ de his dicta ſunt, erit neceſſarium. Siquidem nimis moleſtum foret hæc cuncta experiri: ut ſatiùs eſſet in ambiguitate remanere, quàm in tanto labore tàm anxiè torqueri. Ex paucis enim hujusmodi obſervationibus facilè fiet, ut nonnullæ cognitæ litteræ, cæterarum nobis (quemadmodum alibi dictum eſt,) ſine Regulis cognitionem tradant. Quare (*m.*) omnis labor circa initia verſabitur. Verùm nec adeò uni Regulæ ad litteræ cognitionem fidendum eſt, ut non debeamus experiri, an ex aliis ejus certitudo confirmetur: alioquin parùm fuiſſet profuturum multas ad id præceptiones tradere, niſi viſum eſſet commodiùs unam alterius nixu ſuſtentari, & unius certitudinem debere alterius experimento confirmari.

CAPUT VIII.

Quomodo traditis Regulis uti conveniat: tùm de eo exemplum.

NUnc quemadmodum iis Regulis uti conveniat, operæ pretium eſt indicare. Quod non modò ſuperfluum non videtur, verùm etiam maximè utile, imò verò interdum maximè neceſſarium. Parùm enim eſſet, quempiam præcepta artis, & inſtrumenta habere, niſi eorum etiam uſum percal-

(*m.*) *Utique omnis labor circa initia verſatur; unde hic opus, hic labor eſt, non in conjecturis occupatus, ſed ſolidis Regulis.*

leat. Neque dubium eſt eum, qui alicujus rei futurus eſt artifex, ſi alium artificem operantem videat, multò faciliùs ea, quæ didicit oculorum ſenſu, quàm ante auditu, & mentis agitatione percepturum: cùm certior rerum notitiâ ex oculis, quàm aliunde haberi poſſit. Nam & certiora ſunt ea, quæ per praxin, quàm quæ per præcepta, & canones tantùm ediſcuntur. Sed ut ad propoſitum accedamus. (*a.*) Primum ex Regulis, quas tradidimus, ecquid hujus generis an alterius obſcurè ſcriptum ſit, diligenter interpres obſervabit. Quod ubi cognitum ſit, ad hoc genus pertinere, (*b.*) elementa primùm ſingula diſtinguet, & ſuam cuique characteri (*c.*) poteſtatem ſuppoſitis veris litterarum formis ſubſtituet. Quod recténe an perperam effectum ſit, (*d.*) experimentum indicabit. Aut etiam in eadem poteſtate (*dd.*) integros & perfectos verborum ſenſus characteres explebunt, aut imperfectos, corruptos & nihil prorſus ſignificantes reddent. Quod ſi ea cura minùs dextrè videbitur ceſſiſſe, judicium in artis locum ſuccedet, (*e.*) res conjecturis agenda,

(*a.*) *Primum omnium eſt epiſtolam diſcernere & judicare, cujus ſit idiomatis.*

(*b.*) *Per elementa intelligit litteras vel characteres.*

(*c.*) *i.e. Characterem qui frequentiſſimè occurrit, ſupponit pro* E. *&c. dein* i.

(*d*) *Experimentum indicabit utique te ſæpius deceptum.*

(*dd.*) *i.e. fiet, ut quandoque integrum verbum eruas per vocales crebrò minusque crebrò occurrentes, e.gr. ſi character frequentiſſimè occurrens ſit* E. *dein minus frequens* i, *& exiſtat in ſcripto vocula* (21.) *erit illa* ei, *ratio, quia τὸ* 2. *ſæpiſſimè occurrit, ſecundùm eam character* (1.)

(*e.*) *Methodus, quâ conjecturis agitur, præſertim in ſcripto prolixo nullius eſt bili.*

da, & in iis eſt multùm elaborandum: tentabitur an in paucis modò his, modò illis, nunc (*f.*) permutatâ poteſtate, nunc (*f.*) reſtitutâ res poſſit videri voto cedere. Si adhuc res animo non reſponderit, quærentur verba, in quibus vel (*g.*) nulli ſint iidem characteres, vel pauciſſimi, ut aliorum mox experimentum fiat, donec poſſit videri, an ex iis aliqui opinioni conveniant. Si ne hoc quidem proderit, dictiones tùm (*h.*) pauciſſimis conflatæ litteris eligentur, uti quas vel una ſolùm perficiat, vel duæ, tresve, aut ad ſummum quatuor. Siquidem, quæ hujusmodi ſunt, inter paucas numerantur, & minor proinde labor erit ad certitudinem non multùm vagari. Cujus rei gratia nos Tabulas confecimus, ut quoties opus ſit, eâ de causâ quilibet ad eas poſſit recurrere. Sic enim facilè erit verba, ſi qua hujusmodi ſcripto reponantur, intelligi, unde characteribus primùm aliquot cognitis, non difficile quis poterit aliorum mox notitiam conſequi. Sed ſi ex adverſo primâ fronte judicium videbitur voto ceſſiſſe, ut non obſcuro argumento ſciri poſſit, ecquid veras notarum poteſtates fuerit venatus, ex antecedentibus vel conſequentibus cer-

M 5 titudi-

(*ff.*) *i. e. Modo character ſupponendus eſt pro* E. *modò pro* A. *modò pro conſonante, donec res cedat.*

(*g*) *Hoc planè eſt præpoſterum & abſurdum, nempe quærere verba in quibus vel nulli ſint iidem characteres, vel pauciſſimi, cùm potius illa vocabula ſint conquirenda, in quibus eædem litteræ ſæpius obviant, non, quæ habent ſingulos diverſos, ita enim aliorum experimentum fieri nequit.*

(*h.*) *Rectius agitur, quando voculæ duarum, trium, quatuor litterarum annotantur, & exſcribuntur, item, quæ repetunt litteras.*

titudinem nanciſcetur, nam ſi laborem eventus minimè ſit fruſtratus, hoc integer & congruus verborum ſenſus indicabit, ipſa verò cognitorum characterum junctura, reliquorum ſubinde poterit paulatim notitiam ingerere. Quâ in re minimè labor fugiendus eſt, ſed res tamdiu tentanda, modò ut diximus litterarum poteſtate permutatâ, modò reſtituta, donec quod clauſum, ſe ſponte paulatim aperiat. Verùm ad hæc non parùm afferet luminis, ſi eorum, quæ circa rem ſunt, quæque prius ab interprete ſciri diximus præſtare, cognitio (i.) acceſſerit. Initio igitur antequam ad ſcriptum veniatur, nonnulla ex conjecturis nanciſci licebit; Veluti quia de (k) manu militis, ab exploratoribus epiſtola eſt intercepta, de re bellicâ inde tractatum eſſe arguetur, unde veriſimile eſt *BELLI* nomen non eſſe prætermiſſum & ex quinque, ſive ſex, ſive pluribus ea dictio conflata ſit, non deeſſe, ſi idioma latinum eſſe cognoſcetur; nam ſi vernaculum illud ſit (l.) proprii verbi litteras perquiri oportet. Atqui ad hoc ſcripti prius rationem haberi eſt neceſſe. Nam ſi illud ad hoc genus pertinebit, verbum illud ſi erit, facillimè poterit obviare, ſi verò aliis dolis involutum ſit, major ad inveniendum erit labor, & rem aliter, atque aliter pro ſcripti genere tentare oportebit. Sed ut dicta faciliùs intelligantur, exemplum adjiciam.

Nam ut in declarationibus efficaciſſimum eſt: ita in diſciplinis ad docendum aptiſſimum videtur, quòd ſic præcepta quaſi experimento comprobentur.

(i.) *Hæc nulla ſunt, & ſtraminea.*

(k.) *& hæc: non enim á manu militis accipiuntur epiſtolæ ſemper. Unde ficulnea ſunt, quæ ſequuntur.*

(l.) *nimirùm:* Guerra.

tur. Multa enim inſtantia judicio vel ſtatim ſæpè decernuntur, quàm vel difficile eſt ante caſum à magiſtro diffiniri, nedum à diſcentibus percipi. Id obſcurè igitur ſcriptum erit:

1234. 567895. 02♄465. ♃23463.
9♂♂θ6785808. 64. 80846. ☿6♉♉γ5.
☽γ89. 7γ♊. ☿6♉♉8♂6θ9072. ♃2786.
♀2θ4846θ. ♄6♄8784. 6♄♄6.
76121γ♉9☿84γθ. γθ☿3. 64. ☿6♉♉8.
♀8083. 6θ84.

Scriptura eſt Portæ, ſed characteres ſunt noſtri, eo à nobis fine electi, ut correctius typis imprimeretur Scriptura, quæ, ſi inconditi iſtiusmodi characteres adhiberentur, vitioſè forſan excuderetur, ſicut & ipſius Portæ characteres non uno laborant vitio. Interim nihil accedit vel perſpicuitatis vel obſcuritatis Scripturæ, quibuscunque characteribus ea exaretur.

Pergit *Porta.*

Primùm itaque variati characteres, quod non plures viginti conſpiciuntur, (*m.*) crebrior præterea quinque characterum repetitio, quæ vocalium præbet indicium: Finales etiam literæ, quæ præſcriptum numerum non excedunt; diſtincta tùm partium ſeries, & cætera demum, quæ ad hujusmodi ſcriptum ſpectant: Simplex permutati characteris genus eſſe non ambiguis admonet conjecturis. Idioma

(*m.*) *nego, quòd crebrior characterum repetitio vocalium præbeat indicium.*

Idioma verò (*n.*) latinum eſſe, ex finalium litterarum numero deprehenditur. Quia verò Magnates ab epiſtolis in arduis præſertim negotiis Notarios ſcripturæ peritiſſimos habent, ſperandum eſt proinde orthographiæ rationem minimè fuiſſe prætermiſſam. Cæterùm, antequam ad Elementorum notitiam venietur, tentari poteſt ex ipſa materia an aliquod ſcripti verbum poſſit intelligi, ut eâ ratione aliqua inde litterarum notitia deveniat. Quoniam itaque (ut dictum eſt,) (*o.*) conjici poteſt de bello agi, quod epiſtola vel belli tempore, vel aliâ id ratione cognoſcatur, proinde non erit admodum difficile perquirenti aliquo ſcripti loco ejus verbi ſex litteras invenire, prodente hoc præſertim geminatæ litteræ, quæ opportuno loco collocantur indicio, eoque modo ex ipsâ materiâ, priusquam ex ſcripto trium primo figurarum, quaſi certam notitiam deprependi. Nam de iis nondum primâ fronte ſatis poterit conſtare, niſi ex conſequentium poſitione certior notitia confirmatur. His itaque in univerſum cognitis ſupereſt rem ipſam propiùs attingere, ut ſingulorum elementorum poteſtas dignoſcatur: Vocales igitur primùm in mediis dictionibus, & interdum in earum finibus quæſiturus, (latinus enim ſermo in terminationi-

(*n.*) *Finales in hoc ſcripto Porta ſunt ſequentes:* 4. 5. 3. 8. 6. 9. II. 2 ϑ. *novem conſequenter, ex quibus nondum concluditur hoc idioma latinum eſſe. Italicum non eſſe probabiliter infertur. Gallicam non eſſe planè doceri nequit, multò minus determinatè Latinum.*

(*o.*) *At quæſo, unde conjici poteſt agi de bello? Et ſi in hâc epiſtolâ agitur de bello, an in alia etiam agetur?*

tionibus poteſt decipere,) has figuras, quia (*p.*) creberrimæ repetuntur: 2. 6. 8. 9. γ. vocales eſſe conjiciet. Huc accedit, quòd (*q.*) eædem raris characteribus, quoties occurrunt, videntur adhærere. Nec obſtat, licet interdum etiam illis nonnullæ conſonantes proximè poſſint ſociari; Nam de eo potiùs judicandum eſt, quod frequentius evenit, quàm quod rariùs. Hoc etiam præſtat, quod proximè (*r.*) geminatos characteres ex utroque latere cernuntur aſſiſtere. Sunt & alia, ſi qua ad rem ſpectant, quarum illæ indiciis prodantur, unde colligi licet, eas non niſi vocales eſſe, cùm per omnes ſimul Regulas de illis opinio confirmetur. Vocalibus in hunc modum à conſonantibus diſcretis, proximum eſt ſua ſingulis munera aſſignare. Sed ut hoc in conſonantibus primum (ut dictum eſt,) opportunius exigatur, duplici ratione perfici poteſt, repetitione, & plurium conjunctione, tùm in extremis verborum partibus, tùm etiam in iis mediis, ſi repe-

(*p.*) *Non quia creberrimè repetuntur characteres, ideò vocalium gaudent poteſtate.*

(*q.*) *Senſus iterum obſcurus, qui evolutus nobis videtur eſſe hic. Characteres 2. 6 8 9. γ. adhærere raris characteribus, e. gr. τὸ γ. adhæret τὸ* ☽. *antecedenti in voculâ ſcripturæ nonâ.*

(*r.*) *Vitium eſt Typographicum generatos, pro geminatos; hoc vult Porta: Characterem 6. eſſe vocalem, quia ante & poſt geminatos charactères ponatur. Eſt enim ipſius principium: ſi ſunt duo geminati in unâ dictione, antecedentem & ſequentem eſſe ordinariè vocales. Sed hoc principium eſt nullum.*

repetitionem ſequimur, hoc modo qualemcunque earum diſtinctionem (*s.*) nanciſcemur.

♃. o. ♀, ♄. 1. ♂. 6 3. 5. ☿. ☽. 8 4. 6. ⊤:
b. c. d. f. g. h. l. m. n. p. q. r. s. t. x.

Poſſet tamen etiam edocente Regulâ, aliter atque aliter ſingulorum poteſtas diffiniri. Quamvis ne ſatis quidem tutum ſit illis fidem habere. Solet enim ſæpè decipere, quemadmodum & hoc loco indicabitur. Verùm ne hoc ignoretur, quonam pacto aliter poſſit poteſtas variari, earum repetitio obſervabitur, quæque toties indifferenter repetentur, una pro aliâ ſumi poterit. Potiorem tamen ſemper majoris, quàm minoris frequentiæ, niſi aliter experimentum demonſtret, rationem haberi conveniet, quod nobis tradendi exempli gratiâ, alioquin, quatenus magis placet, Regulæ fides habenda eſt. Ad hujus diſtributionis exemplar interpres poſſet ſuam etiam aliter variare, ſed eam diſtinctionem, ſi ulteriùs progredimur, poſterioribus Regulis in aliquibus videmus infirmari. Exinde itaque experimentum inituro opportunum erit primùm ad faciliores obſervationes recurrere, ut ſi per eas ſatis poſſit proficere, majorem laborem effugiat. Quoniam itaque dictio eſt, quæ quatuor litteris conflatur, quarum (*t.*) tres, quæ in fine collocantur, conſonantes ſunt, cùm ejusmodi unam tantum dictionem, quæ URBS eſt, agnoſcamus (nam STIRPS etſi totidem habet in fine conſonan-

(*s.*) *Hæc repetitio & diſtinctio eſt nauci.*

(*t.*) *Unde quæſo conſtat Portæ tres poſteriores in Vocabulo γθ☿3. eſſe conſonas? Non conjecturis agi ſed rationibus par eſt.*

ſonantes, (ſex tamen conſtat litteris,) eam eſſe oportebit, quemadmodum in Tabulis apud dictiones totidem litterarum eſt videre, unde non modò trium conſonantium, quæ in fine ſunt, notitia elicitur, e☿3. Sed etiam vocalis γ. quæ illas præcedit. Huc accedit, quod ex his litteris (*u.*) prima in (*x.*) nonâ dictione conſonans præit, quæ ſiquidem omnium (*y.*) rariſſima eſt, *Q.* videtur fungi poteſtate, quod magis veriſimile eſt, adveniente in dictione aliarum ejuſdem verbi litterarum notitiâ, quòd vocales ſint, ex quo licet affirmare, (*z.*) characterem, qui quinto loco ponitur, in dictione, in qua *BELLI* nomen ponitur, u. (*aa.*) poteſtatem habere, unde etiam concludere licet, ultimum, qui hunc ſequitur, non alium eſſe, quam *M.* De (*bb.*) primâ conſonante, mox per aliam geminatam in quintâ dictione judicium confirmatur, quod alioquin dubium eſſe poſſet, an *I*, poteſtate fungeretur: Nam certum eſt (*cc.*) vocalem

(*u*) *prima nempe τὸ* ☽.

(*x.*) *Nempe* ☽γ89. *in quâ dictione τὸ* ☽. *præcedit τὴν* u.

(*y.*) *Nego ſequelam* Q. *eſt rariſſima E ſi rariſſima, qui character inſcripto occurrit, ille poteſtatem τοῦ* Q *habet. Nego & antecedens:* Q. *eſſe rariſſimam.*

(*z.*) *Characterem γ. qui in dictione:* ☿688γ3. *quinto ponitur loco.*

(*aa.*) *Neceſſariò τὸ γ. poteſtatem habebit τοῦ* u, *ſi τὸ* ☽. *eſt* Q.

(*bb.*) *Prima conſonans vocis urbs eſt τὸ* R. *hanc ait eſſe conſonam patere ex quintâ dictione, in quâ ſequatur geminatos characteres* (♂♂.)

(*cc.*) *Hoc probandum eſt τὸ e. in quintâ dictione vocalem non eſſe.*

lem ibi non eſſe, De alia mox conſonante (*dd.*) *B.* judicium confirmatur verbo, quo *BELLI* nomen notatum conjecimus, in quo etiam de *L.* notam 8. vidimus. Quòd verò dictio eſt, quæ tribus litteris conflatur, quarum poſtrema ſcripto rariſſima, cùm ſemel tantum incidat, ſuccedit vocali, quam hucusque (*ee.*) *u.* eſſe deprehendimus, dubium eſſe non debet noviſſimam *X.* eſſe, nam quæ inter rariſſimas eſt, aut *H.* aut *Q.* aut *X.* aut *Z.* eſſe exiſtimatur, atqui *Q* primum & *Z.* è numero eximuntur, quia nunquam in fine (*ff.*) verbi collocantur. *H.* præterea non eſſe ex litterarum ordine deprehendimus, ea enim poteſtas in fine dictionis apud Latinos in verbo tantùm *VAH*, reperitur, quarum media *A.* eſt, non *V.* Unde ſupereſt dicere, non aliam eſſe, quàm *X*, & primam vel *D*, vel *L*, vel *N*, ut una ex dictionibus tribus ſit: *DVX*, *LVX*, *NVX*. Sed quia vel cognitum eſt, de re bellicâ agi, vel magis conſentaneum de re magni momenti quàm parvi, credibilius erit de *DVCE* ibi, quàm de *NVCE*, vel *LVCE* mentionem factam eſſe. Unde hactenus colligi licet, harum litterarum veram notitiam, quarum poteſtatem ſuppoſitis noſtris litterarum formis indicabimus.

☿.	7.	6.	8.	5.	☽.	θ.	ʒ.	ɣ.	II.
b.	*d.*	*e.*	*l.*	*m.*	*q.*	*r.*	*s.*	*u.*	*x.*

Ex

(*dd.*) *ſc. vocabuli:* urbs, *quam examinat.*

(*ee.*) *Nulla eſt ſequela: Finalis eſt aliquis character in vocula trium litterarum, isque character eſt rariſſimus. Ergo eſt* X.

(*ff.*) *Rectè exludantur τὸ* Q. *&* Z. *quia non poſſunt eſſe finales.*

Ex his & hujusmodi aliis conjecturis, habitâ etiam de cætero, ut commodius fieri poterit, conſonantium notitiâ, & advocatis ad hoc præſertim Tabulis, cùm opus erit, mox ad vocalium diſtinctionem tranſitus fiet. Nec quicquam referet, non omnibus adhuc conſonantibus cognitis ad vocales devenire. Ex iis (*gg*) enim aliarum poterit conſonantium elici conjectura, quemadmodum ex conſonantibus etiam vocales cognoſci poſſe ſuperiùs demonſtratum eſt. Vocales itaque in hoc ſcripto duplici modo nanciſci licet, repetitione, quod omnibus convenit, & quod rariſſimam figuram, quæ adhuc *Q.* videtur fungi poteſtate, *Q.* character ſequitur. Sed de *V.* ſatis vidimus factam fidem, non minùs etiam de *E.* poſſet videri conſtituiſſe, ſed eas cum aliis proſequemur, ut etiam de illis opinio certior habeatur. Hæc igitur nota 6. quia omnium creberrima eſt, quod decies octies repetitur *I*, vel *E*, poteſt videri, ſic & 8. quia una minus vice ſcriptum ingreditur, (*hh.*) utriusque non minus videtur ſibi poteſtatem vendicare: Utraque enim poteſtas plus minus ſolet frequenter occurrere, & modò hæc, modò illa (ut dictum eſt,) crebrius intervenire. (*ii.*) Mox quia 2 ſexies conſpicitur, *A.* poteſtatem repræſentat, poſtremo quod 9. & γ. quinquies tantùm recenſentur, *O* & *V*, quæ omnium rariſſimæ eſſe ſolent, poteſtatem indicant. Hoc ſingulorum characterum arguit repetitio, noviſſimus verò, quia rariſſi-

N

(*gg.*) *Modò ex cognitione vocalis in conſonantis cognitionem, modò ex conſonantis in vocalis devenio.*

(*hh.*) *Hic Porta ipſe titubat, τὸ* 6. *an* 8. *aſſumat pro* E.

(*ii.*) *Negatur ſequela: τὸ* 2. *occurrit ſexies.* E. *eſt* A. *ſicut & hæc:* 6. *occurrit decies octies.* *Ergò eſt* E.

riſſimam figuram ſequitur, quàm adhuc *Q.* eſſe deprehendimus, etiamnum de eo quod dictum eſt, fidem magis auget, quo certius videri poteſt in verbo, ubi de *BELLO* fit mentio, dictionem *BELLUM* poſitam non *BELLIS*. Unde etiam de *M.* littera certior notitia elicitur, quæ & tali figura 5. deſignatur, & *E.* vocalis, quæ per 6. characterem demonſtratur, & in *U.* poteſtate etiam alibi errorem non eſſe, & in eâ dictione, quæ ſeptimo loco ab ultimâ locatur, ex eadem (*kk.*) vocali initio & calce verbi poſitâ. Mediam geminatam *C.* eſſe colligemus, quæ niſi de (*ll.*) *S.* nobis conſtaret, pro ea etiam poſſet haberi. Ex eadem vocali in dictione duarum litterarum, quæ ſexto loco ab initio ponitur, & quarto à fine reperitur, alteram figuram (*mm.*) *T.* neceſſariò eſſe conjicimus: nam neque *S*, neque *X*, eſſe ex ſuperioribus licet exiſtimare. Ejusdem præterea vocalis ex cognitarum conſonantium indicio ſecunda ſe ſcripti dictio manifeſtabit, ut: *MEDIAM* procul dubio ibi notatam eſſe intelligatur. Quod ut certiùs videri poſſit, dictio, quæ (*nn.*) nono ordine collocatur, accedente priorum litterarum notitiâ, tutiorem fidem facit, ut verbum ſit, quod cauſam reddit *QVIA*. Sed de his

(*kk.*) *ſc.* 6. *in Voculâ:* 6 Ƀ Ƀ 6. *ab initio & calce poſitâ.*

(*ll.*) *Quod jam inventum eſt. Si non eſſet, ſignificaret* 6 b b 6 eſſe.

(*mm.*) *ſc.* 6. *quæ ſignificat* E *in dictione duarum litterarum:* 64. *ait τὸ* 4. *eſſe neceſſariò* T. *ſed minus rectè: cur non* 2. *ut ſonet* ea. *Cur non* N. *ut ſit:* en?

(*nn.*) *ſcil.* ☽ 789.

his vocalibus aliundè etiam poterit conſtare, ut opinio certius confirmetur. In ſeptimâ prætereà dictione ex cognitis characteribus facilè erit aſſerere, ſecundùm characterem, qui ſolus ſupereſt, ut verbum intelligatur, non aliam, quàm *N.* poteſtatem habere, ut dictio perfecta ſit: *INITE.* Et ex hujus inde conſonantis notitiâ in verbo tertio loco poſito primam vocalem, nihil præter *O.* eſſe venari licebit, ut *NOCTEM* dictionem perficiat, quæ vocalis noviſſima primùm in ipſo ſcripti limine primam litteram, de quâ ibi tantùm reſtat dubitare *P.* eſſe, mox quarto loco etiam primam, non aliam, quàm *H.* eſſe, manifeſtabit. Hujus rei opinionem verbum duodecimo loco poſitum, quo *HODIE* ſignificatur, ſignificabit. Quid tertio decimo loco ſcriptum ſit, eâdem ratione facillimum erit affirmare: Nam ut integer verbi ſenſus ſit, primus character ♀. non aliam quàm *F.* poteſt habere poteſtatem, ut: *FORTITER* verbum innuat, cujus opinionis penultimum verbum fidem faciet, quo: *finis* ſignificatur. Supereſt demum ex toto ſcripto ejus tantùm characteris ♂ ♂. poteſtatem venari, qui in quintâ dictione geminatus, non alterius poteſtatis judicium præbet, quàm *G*, ut *AGGREDIMINI* verbum ſignificetur, quod in alio verbo *BELLIGERANDO* confirmatur, ubi neque alia functione poteſt ſenſum perficere. Ex his omnibus conjecturis ſingulis characteribus licet ſua munera ad exemplum ſubſcribere, illudque ob oculos ponere, ut interpretando ad ejus judicium recurratur, ſic res ſtatim non infeliciter cedet, & ſe totum occultè ſcriptum reſerabit. Experimento liquet

laboris ſummam vel in (*oo.*) unius tantùm characteris notitiâ verſari; nam ex uno cognito plurium inde facilè trahitur cognitio, & mox ex pluribus facillimum eſt occultas omnium poteſtates eruere: ſiquidem aliæ ex aliis cognoſcuntur, nec minus aliarum notitia ex aliis dependet, quàm in catenâ annuli, in quâ mutuò connectuntur, ut ſi annulum quis permoveat, reliqui ſtatim proximi moveantur; quare ad hujusmodi (*pp.*) exemplar reliqua id genus ſcripta convenit interpretari. Unum verò illud reſtat dicere, quæ de hoc ſcripti genere obſervationes traditæ ſunt, eas etiam ad ſequentia in aſſignandis characterum poteſtatibus debere accommodari.

Q.

Sed age ſecundùm noſtras Regulas examen inſtituamus, Portæque ſcripturam exigamus. Exſcribo primò characteres omnes:

1.2.3.4.5.6.7.8.9.0. ♄. ♃. ♂. ☉. ♀. ☿:
☽. ♈. ♉. ♊.

Sunt numero viginti; deinde de ſingulis ratiocinium formo h. m. character 1. non eſt *f.* ſecundùm Regulam quintam τῦ *F.* quâ dicitur: *Inter duo f. non eſt unica tantùm littera.* Subſumo in vocabulo 16. Num. Inter duo 1. eſt unica tantùm littera. Ergò. Non eſt *G.* juxta quintam Reg. τῦ *G. Inter duo*

(*oo.*) *Utique unico charactere cognito in totius ſcripti cognitionem deveniri poteſt. Sed quo modo determinata littera ſit inquirenda, de eo altum eſt, apud Portam ſilentium.*

(*pp.*) *Abſit, ut ad hoc exemplar alia occultè ſcripta ſolvantur. Ita enim vel nunquam vel rariſſimè ſcripturam expedies.*

duo G. non eſt unica tantùm littera. Exceptiones Regulæ ſubjunctæ non poſſunt ſignificare vocabulum Num. 16. partim ob defectum litterarum, partim ob exceſſum; partim ob ordinem ſitumque litterarum. Non *H.* juxta Regulam quartam τῦ *H.* quâ dicitur: *Inter duo H. non eſt ùnica littera.* Exceptiones nequeunt repræſentare vocabulum Num. 16. & propter exceſſum, & propter defectum; & propter ſitum litterarum, &c. Non eſt *Q.* quia characterem 1. ſequitur diverſus character, in vocabulo primo character 2. in vocabulo decimo ſexto character γ. Dein quia inter duo *Q.* ſunt ad minimum duæ litteræ. Non eſt *X.* juxta Regulam tertiam τῦ *X.* Non *Y.* tùm quia τὸ *Y.* non eſt initiale, ut character 1. hîc cernitur; tùm quia bis non occurrit in dictione juxta Reg. 2. τῦ *Y.* Non eſt *Z.* ob eandem rationem, vid. Reg. 2. τῦ *Z.*

Ergò relinquitur, quòd character 1. per ἄρσιν non ſit:

F. G. H. Q. X. Y. Z. Disjunctivè reliquæ.

Secundus character eſt 2. qui nequit repræſentare *B.* quia τὸ *B.* non eſt finale niſi in *ab*, *ob*, *ſub*, &c. non autem in verbis 12. litterarum, ut in ſcripto occurrit vocabulo undecimo. Non eſt *C.* quia τὸ *C. non eſt finale in verbis plurium quàm ſeptem litterarum*, juxta Reg. *C.* octavam. Non eſt *D.* quia τὸ *D.* non eſt finale in vocabulo duodecim litterarum, juxta Regulam ultimam τῦ *D.* Non *F.* quia τὸ *F.* abſolutè nullam dictionem terminat. Non *G.* ob eandem rationem. Non *P. Q. Z.* ob parem rationem. Non *H.* quia *H.* non eſt finale niſi in *ah*, *oh*, *vah*, *proh.* Non eſt *L.* quia hæc *littera non eſt finalis in verbis pluriùm, quàm octo litterarum.*

Subſ. τὸ 2. eſt finale in vocab. duodecim litterarum. Ergò Non eſt *Y.* quia τὸ *y.* in paucis eſt finale; quorum nullum hîc accommodari poteſt.

Igitur τὸ 2. non erit:

b. c. d. f. g. h. l. p. q. y. z.

Disjunctivè reliquæ omnes.

Tertius character eſt 3. de quo pronuncio per ἄρσιν, quod non ſit *B.* quia τὸ *B. non eſt finale niſi in ab, ob, ſub,* &c. Non *C.* quia τὸ *C. bis occurrens*, juxta Reg. τῦ *C.* decimam *non eſt finale*, ſi hoc, tunc τὸ 3. in vocabulo ℤ23463. non erit *C.* Excipis: in *condic, conduc, calefac, circumduc, contradic.* τὸ *C.* eſſe bis occurrens. Reſp. nullum quadrat horum vocabulorum, quia in his τὸ *C.* eſt initiale ac finale, in ℤ23463. autem tertia & ultima. Non eſt *D.* quia juxta Regulam decimam litt. *D.* τὸ *D. finale non eſt.* Exceptionum nulla quadrat; tùm propter paucitatem litterarum, ut *quod, quid*, &c. tùm propter exceſſum, &c. Non eſt *F.* quia τὸ *F. non eſt finale*, ut character 3. hic conſpicitur in vocabulo penultimo, & quarto ab initio. Non eſt *G. H. P. Q. Y. Z.* quia hæ partim non ſunt finales abſolutè, partim, quæ ſunt finales, non ſunt finales in vocabulo ſex litteris conſtante. Non eſt *L.* quia juxta Regulam octavam τῦ *L.* τὸ *L. non eſt finale bis occurrens*, ut hîc τὸ 3. videtur, &c. Non eſt *N.* quia juxta Regulam octavam τῦ *N.* τὸ *N.* non eſt ultima in utrâque dictionis medietate: Subſ. τὸ 3. in ℤ23463. eſt tertia & ultima in vocabulo ſex litteris conſtante. Ergò non eſt *N.* Excipis eſſe ſub Regulâ exceptiones ſex litterarum, nempè *Ænean, Tanain, Danaen, Oenoen, Sindon.* Reſp. Nullum quadrare, repræſentarique poſſe per characteres: ℤ23463. non *Ænean,*

Æneam, quia in hóc vocabulo prima & quinta, item ſecunda & quarta, nec non tertia & ſexta pares ſunt: Contra in ♃ 23463. tantùm ſexta & tertia. *Tanain* excluditur, quia ſecunda & quarta, tertia & ſexta ſunt eædem. *Danaen*, ex eâdem ratione. *Oenoen* ideò, quia hoc in vocabulo prima & quarta, ſecunda & quinta, tertia & ſexta pares. Reſtat *Sindon*, cujus tertia & ultima tantùm ſunt pares. Reſp. nec hæc applicari poteſt, quia ſequeretur τὸ 4. eſſe *D.* in 1234. & ult vocab. 6084. quod repugnat. Excipis: Dari voculas quatuor litterarum terminantes in *d*. e. gr. *apud*, *haud*, *quid*, *quod*. Verùm τὸ 1234. nequit ſignificare vel *apud*, vel *haud*, vel *quid*, vel *quod* Non *apud*, quia τὸ 2. nequit eſſe *P.* quippe finale. Non *haud*, quia τὸ 1. non eſt *H.* ut ſuprà demonſtratum. Non *quid*, vel *quod*, quia τὸ 1. non eſt *q* vide ſuprà. Multò minus τὸ 6084. vel apud, vel haud, vel quid, vel quod ſignificat. Quia τὸ 6. non eſt *b*, nec *q*. neque τὸ 0. *P.* quia eſt finale. Non eſt *P. Q. Z.* quia hæ non finiunt dictionem, quàm hîc finit τὸ 3. non eſt *y.* quia *y.* non eſt finale. Ergò τὸ 3. non eſt *b*, *c*, *d*, *f*, *g*, *h*, *l*, *n*, *p*, *q*, *y*, *z*. Relinq. cæteræ omnes.

Quartus character eſt 4. de quo affirmò, quòd non ſit *F. G. P. Q. Z.* quia hæ abſolutè non ſunt finales. Non *L. M.* quia hæ litteræ *non ſunt finales in voculis duarum litterarum*, ut τὸ 4. conſpicitur in 64. Non *B.* quia *B.* non eſt finale in voculâ quadrilitterâ. Non *D.* quia *D* non eſt finale in voce ſeptem litterarum, ut hîc τὸ 4. conſpicitur. Excipis: *aliquid*, *aliquod*, *nunquid*, deſinere in *D.* & eſſe ſeptilittera. Reſp. τὸ ♄ 6 ♄ 8784. nullum horum ſignificare; tùm quia ſequeretur τὸ 8. characterem

eſſe *q.* quod abſurdum; tùm quia in Ƀ6Ƀ8784. prima & tertia, quarta & ſexta ſunt pares, contra ac in *aliquid*, &c. fit. Neque eſt *H.* quia *H. non eſt finale niſi in ah, vah, proh.* Neque eſt *u*, ob voculam 64 quæ ſignificaret *tu*, ſi hoc: tunc vocula 6ȽȽ6. terminaret in *taat, teet, tiit, toot*, quæ ſunt barbara. Non *x.* quia juxta tertiam Regulam τοῦ *x. Inter duo x. non eſt unica tantùm littera.* Si hoc: tùm τὸ 4. non erit *x.* quia inter duo 4. vocabulo 13. Num. unica tantùm eſt littera. Non *y.* tandem; quia τὸ *y. non eſt finale*, &c. Itaque τὸ 4. non erit;

b, d, f, g, h, l, m, p, q, u, x, y, z.

Disjunctivè reliquæ omnes, &c.

Sequitur character 5. qui non eſt *F, G, P, Q, Z,* quia hæ abſolutè non ſunt finales. Non *B.* quod eſt tantùm finale in *ab, ob, ſub*, &c. Non *C.* tùm quia τὸ *C. bis occurrens non eſt finale*, vid. Reg. 10. τοῦ *C.* Subſumo: In vocabulo ſecundo τὸ 5. eſt initiale & finale. Ergò non eſt *C.* tùm quia juxta Regulam nonam τοῦ C. τὸ *C. non eſt finale in verbis geminatam habentibus.* Jam ſubſumo: τὸ 5. in vocabulo octavo à principio eſt finale præcedente geminatâ ♉♉. Ergò non eſt *C.* non eſt *D.* quia τὸ *D.* juxta Regulam decimam τοῦ *D.* non eſt finale in vocabulo ſex litterarum. Excipe: *ecquid.* quod tamen repræſentari nequit per 567895. in quo vocabulo prima & ultima ſunt eædem. Non eſt *H.* quia *H.* non eſt finale niſi in *ah, vah, proh.* Non eſt *L.* quia ſecundùm Regulam octavam τὸ *L. bis occurrens non eſt finale.* Non eſt *x*, quia τὸ *x.* non eſt initiale nec finale in voce. Non *y.* quia τὸ *y.* nec eſt initiale nec finale.

Itaque

Itaque τὸ 5. non eſt:

B, C, D, F, G, H, L, P, Q, X, Y, Z.

Disjunctivè reliquæ omnes.

Character ſextus eſt 6. de quo judico non eſſe: *b, c, f, g, l, p, q, x, y, z.* tùm quia hæ non ſunt initiales in voculis duarum litterarum ut τὸ 6. in 64. occurrit; tùm quia τὸ 6. eſt finalis, & ex eâ ratione non poteſt eſſe *f, g, p, q, z.* Non eſt *D*, tùm quia *D.* non eſt finale in voculâ quadrilitterâ reciprocâ; tùm quia *D. non eſt initiale ſecundâ & tertiâ eâdem*, quorum utrumque in voculâ 6 Ƀ Ƀ 6. videre eſt. Non eſt *H.* tùm quia *H. non eſt finale*. Non eſt *N*, tùm quia *N, non eſt initiale ſecundâ & tertiâ eâdem*, excipe: *nuunt, Noologia*, quorum neutrum tamen quadrat, applicarique poteſt τῷ 6 Ƀ Ƀ 6 cujus prima & ultima item ſecunda & penultima ſunt eædem. Non *R*, quia *R non eſt initiale ſecundâ & tertiâ eâdem.* Excipe, *ruunt.* Non *T.* quia *T. non eſt initiale ſecundâ & tertiâ eâdem.* Exc. *tuus*, &c. Non *u*, quia *u. non eſt initiale, ſi ſecunda & tertia dictionis littera eadem.* Excipe: *viis, ullus, ullibi*, &c. quorum nullum accommodatur ob ſitum ordinemque diverſum, nec non quantitatem litterarum.

Itaque character 6. non eſt:

b. c. d. f g. h. l n. p q. r. t. u. x. y. z.

Disjunctivè *a. e. i. o. m s.*

Character 7. non eſt *f. q. y.* Non *f.* quia *y.* eſt penultimus. Non *q.* quia ſequitur diverſus. Non *y.* quia eſt initialis. Ergò reliquæ omnes. Character 8. non eſt *b*, quia *b.* non eſt finale niſi in *ab, ob, ſub*, &c. Non eſt *c*, tùm quia ſecundùm Regulam octavam τὸ *C. non eſt finale in verbis plùrium quàm ſeptem litterarum.* Contrà autem τὸ 8. in vocabulo quin-

to finale eſt in vocab. undecim litterarum ; tùm quia τὸ *C. non eſt ſinale in verbis geminatam habentibus.* Hic autem τὸ 8. finale ſit; tùm quia τὸ *C. bis occurrens non eſt finale.* Non *eſt D*, quia *D* non eſt finale in vocabulo undecim litterarum. Non eſt *F.G.P.Q.Z.* quia hæ non ſunt finales. Non *H*, quia *H* tantùm finale eſt in *ah, oh, vah, proh.* Non *L*, tùm quia ſecundùm Reg. octavam τὸ *L. bis occurrens non eſt finalis.* Si hoc: Tunc τὸ 8. non erit *L.* tùm quia juxta Regulam nonam τὸ *L. non occurrit ter niſi geminetur.* tùm quia τὸ *L. non eſt finale in verbis geminatam habentibus.* Non eſt *M.* juxta Regulam decimam τῶ *M* collatam cum vocula 80846. Non eſt *N.* quia τὸ *N. non ſequitur geminatam, niſi ſit ſecunda aut quarta à fine littera.* Subſumo: τὸ 8. in voculâ ☿6♉♉8. eſt finale, ſequiturque geminatam. Ergò. Non eſt *R.* quia juxta Regulam quintam litteræ *R* τὸ *R. non ſequitur geminatam litteram, niſi ſit quarta aut quinta dictionis littera.* Unde τὸ 8. in ☿6♉♉8. non poteſt eſſe *R.* Non eſt *x* quia τὸ *x. non occurrit bis*, ut 8. in vocabulo quinto, niſi ſit ſecunda dictionis littera. Non *y.* quia *y bis non occurrit in voce.* Dein quia τὸ *y.* non eſt finale &c.

Ergò τὸ 8. non eſt:

b. c. d. f. g. h. l. m. n. p. q. r. x. y. z.

Disjunctivè: Reliquæ omnes.

Sequitur character 9. qui non eſt, *b.* quia τὸ *B.* non eſt finale in voculâ quadrilitterâ, ut hîc τὸ 9. conſpicitur. Non *F. G. P. Q. Z.* quia hæ litteræ non ſunt finales. Non *H. L. M. N. R. S. T. V. X.* quia hæ litteræ non ſunt initiales, ut eſt τὸ 9. ſecundâ & tertiâ eâdem. Exceptiones non quadrant vocabulo quinto,

eſt *a*, tunc *acd*, quia prima eſt *a*, & ultima *M.* ex ſuppoſitione meâ, deſinit vel in *aem*, vel *aim*, vel *aom*, vel *aum*, quæ barbara ſunt verba. Ergò ſi τὸ *D* eſt *M.* τὸ *A.* non eſt *A.* Si character A. eſt *E.* tunc voculæ *acd aed.* denotarent, vel *eum*, vel *eam*, alterum *eum*, alterum *eam*, vel contrà. Reliqua enim *eim*, *eom*, ſunt illatina. Hic quæritur, an τὸ *acd*, *aed*, ſignet voculas *eam*, *eum*. Reſpondeo: Non ſignificant, probo. Vocabulum *idod*, denotat aut *amem*, aut *emam*, aut *imam*, aut *imum*. Si τὸ *acd*, *aed*, notat *eam*, *eum*, tunc non erit *emam*, *amem*, *imam*, *imum*. τὸ *idod*, quia in idod, duæ vocales occurrunt, quæ in *acd*, *aed*, non obveniunt. E. ſi τὸ *acd*, *aed*, prima a, nempe eſt *e*, & ultima d. eſt *m*. tunc *idod.* non habet *m*. bis. Si in τῷ *ab*, *acd*, *aed*, τὸ a. eſt *i*. orientur jam altera, altera autem jom, jem, jum, quæ illatina. Si τὸ a. eſt *s*. tunc ſuppoſito quòd d. ſit *M.* vocula *acd*, *aed*, denotarent, *ſam*, *ſem*, *ſim*, *ſom*, *ſum*. ex quibus τὸ *ſim*, & *ſum* valent, ut latina. Si τὸ a. eſt *S.* tunc ab notat *ſe*. τὸ *ſi* conjunctionem non poteſt ſignificare, quia alias b. recurrere deberet in τῷ *ſim*. Si a. ſignat *T.* tunc voculæ *acd*, *aed*, denotant *tam*, *tem*, *tim*, *tom*, *tum*, ultima & prima originem habent latinam. Sed hoc loco eliminantur, quia in *emam*, *imum*, *amem*, *imam*. Vocales duæ diverſæ ſunt, quæ in *ab*, *acd*, *aed*. non debent reperi. Si *acd.* ſignificat *tàm*, tunc habeo τὸ a. in *amem*, & *idod.* ita ſcriptum eſſe debet: *edod*. vel ſi *aed.* eſt *tàm*, ita *edod*. ſi denique τὸ a. eſt *u*, & d. *M.* tunc *acd.* ſignat, *vam*, *vem*, *vim*, *vom*, ex quibus τὸ *vim* latinis uſitatum eſt, reliqua barbara. Unde *aed.* non poteſt habere primam *u*, ultimam *M.* quia vox emergit illatina. Non *R.*

quia

quia quadrilittera nulla vox definit, *orar, erer, orir, orur*, nec *S*, ob eandem rationem. Sequitur igitur ex collatione vocularum τὸ D. non valere *M*. quod demonſtrandum erat.

Pergimus ad characterem △. cujus loco ſubſtituitur littera E. pronunciamusque non eſſe *F Q*. quia *duæ hæ litteræ non ſunt penultimæ*. vid. Reg. 9. litt. *Q*. & nonam in τῷ *F. χ*. ſive τὸ F. non eſt *b*. quia *B. non eſt finale niſi in ab, ob, ſub*, non autem in quadrilittero, quale hic eſt qhkf. ſi τὸ F. eſt *b*. tunc *B*. eſt finale. &c. Non eſt *D*. quia *D. non eſt finale in trilitteris vocibus.* Exc. *ſed.* Neque in quadrilitteris: Exc. *apud, haud, quid, quod.* nec τὸ *ſed*, nec cœtera poſſunt applicari, quod demonſtrabo. Si τὸ bhf. denotaret *ſed*. tunc vocabulum qhkf. in quo eſt character h. & f. haberet ſecundam, nempe char H. *E*. ſi enim bhf. ſignificat *ſed*, τὸ H. ſignat E. & F. ultimam *D*. atqui in verbis exceptis ſub litterâ *D*. Regulâ 10. nullum eſt vocabulum quadrilitterum, cujus ſecundâ eſſet *E*. & ultima *D*. quod patet legenti vocabula, *apud, haud, quid, quod.* Non eſt *F*. tùm quia *F. non eſt finale*, tùm *quia non penultimum.* Nec *G H. quia non finales ſunt hæ litteræ.* Non *P. Q T Z.* quia ejusmodi non ſunt *finales.* Character autem *F*. vel character *χ*. eſt finalis in *bhf*. vel ♂ Aχ. non *X*. quia *X*. non eſt initiale in quadrilitteris.

Character ♄ ſeptimus vel ejus littera G. non eſt *F*. quia *f. non eſt ſecunda littera dictionis*, Regulam vid. in *F*. ſec. ſi G. eſt *F*. tunc *F*. eſt ſecunda in *fghi*. Exc. *afer, afri, afro*, &c. Sed *fghi*. non eſſe ex his ullum liquet ex voculâ bhf. F. eſt *a*. h. eſt vel *R* vel *E*. τὸ H. non ſignificat *R*. ideò, quia nulla conſonans præfixa litteris *-ra*. generat vocem. Non enim Latini

 dicunt

dicunt, *bra*, *tra*, *frà*. (Italis duo poſteriora dicuntur,) neque τὸ b. eſt vocalis, *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, *ara* latinum eſt verbum, ſed ſitus ordoque litterarum τὸ *a*. excludit: Si enim τὸ b. *a*. denotaret, hîc ordo eſſet litterarum. *bbb. ara* enim reciprocum, non *era*, barbarum; non *ura* ob eandem rationem. E. vel *ira*, vel *ora*, non *ora*, eò, quòd ſi τὸ b. eſſet *o*. vocula *ba*, ſignificaret vel *ob*, vel *os*, vel *oh*, ſed hoc abſurdum eſt, quia in voculâ primâ *ab*, dici deberet *bo*, vel *ſo*, vel *ho*, quæ illatina ſunt; E. tandem non repugnat τὸ B. eſſe *i*, & hic ſiſtere pedem cogitur indagator.

Octavus character A. ſive littera ſubſtituta H. non eſt *F. Q.* quia hæ litteræ non ſunt penultimæ, ut characteres h. in voce *fghi*. & *bhf*. reperitur, vid. Reg. in *F*, & *H*. Excipis τὸ *fghi*. poſſe denotare *rufa* quo in vocabulo *F* ſit penultimum, ſubque exceptis verbis Reg. 9. τῶ *F*. contineatur, item *buſo*. Reſp. nec *rufa*, nec *buſo* denotare valet τὸ fghi. Non *rufa*, *i*, *o*, quia ſi τὸ f. eſt *r*. & character H. eſt *f*. tunc vocula *bhf*. deſinit in *fr*. quale vocabulum Latinis reperitur nullum. Dein repugnat vocabulum ultimum *hfla*. ſi H. eſt *F*. & character *F*. eſt *R*. tunc hfla. incipit à geminis conſonantibus *fr*. ſequente vocali neceſſariò: Sed cùm Latinum vocabulum quadrilitterum à τῷ *fr*. incipiens ſit nullum excepto τὸ frit. Quod non ob *kllkmd*. quadrat, ex abſurdo conſequente τὸ fghi. nequit ſignificare vel *rufa*, vel *i*, vel *o*. Par ratio excludit τὸ *buſo*. ſi non fortior. ſi τὸ fghi. ſonat *buſo*. tunc f. eſt *b*. ſi *b*. tunc *b*. eſt finale in *bhf*. *qhkf*. ſed hoc ἄτοπον juxta Regulam 7. in *B*. neque ex his ſolùm vocabulis demonſtratur f. non eſſe *b*. ſed ex ultimo *hfla*. ſi H. eſt *F*. & F. *B*. tunc ultima

dictio *hfla.* incipit *F. B.* cujuſmodi vocabulum non invenitur.

Non eſt z. quia *z. non eſt in voculis trium litterarum*, ſi hoc, non erit in *bhf.* Excipis: τὸ z. eſſe in *aza, oza, zea.* Ex his unum poſſe ſignificari per *bhf* Reſp. Negando τὸ *bhf.* ſignare vel *aza*, vel *oza*, vel *zea*; non primum, quia *aza* eſt reciprocum, *bhf.* autem ſecus, cujus omnes tres ſunt diſtinctæ, contra quàm fit, in *aza*, cujus prima & ultima ſunt eædem, non tertium, nempe *zea*, quia in *zea*, z. eſt prima non ſecunda littera. de τῷ h. quæritur an ſit z. non de τῷ b. primâ in vocula *bhf.* nec ſecundum *oza*, ſignificatur per *bhf.* quia hâc ratione τὸ B. eſſet *o*, cujus ſignificatum non habet, vide ſuprà ſecundum characterem *B.* vel ejus characterem ♂. & invenies hæc verba, τὸ ♂. vel B. disjunctivè eſt *a,d,e,i,n,s,t,u,* vocalis *o.* excluſa eſt.

3. Non eſt *y*, quia *y. non eſt initiale*, vid. Reg. primam litteræ *y.* ut hic in ultimo vocabulo *hfla.* deprehendere eſt.

Ergò τὸ A. ſive littera H non eſt *F.Q.Y.Z.*

Nonus character eſt o. ſive 1. & non eſt *F.G.P.Q.Z.* quia hæ non ſunt finales, ut in voce *fghi.* τὸ 1. ſive o. character. Non *H.* quia hæc littera *H.* ſcil. *non eſt finalis*, exc. *ah, vah, proh. Ah, vah,* excluduntur hîc, neque poſſunt denotari per *fghi.* quod eſt quadrilitterum, cùm *ah*, bilitterum, *vah* autem trilitterum. Ergò ſupereſt ſolum *proh*, ſed τὸ *fghi.* non ſignat *proh.* quia prima littera f. nequit eſſe *P.* quia in *bhf.* eſt finale. Non eſt *y.* quia *y. non eſt initiale*, ut hic eſt i. in voculâ *ikmd.*

Ergò relinquitur τὸ i. non eſſe *B.F.G.H.P.Q.Y.Z.* Cœteræ omnes,

Decimus character eſt ♂ ſive k. de quo ratiocinor, quod non ſit *B D.F.G H L.M N P.Q R.S.T.V. X.Y. Z.* partim, quia *hæ litteræ non ſunt in voculis duarum litterarum initiales, ut b,c,f,g,h, l.p,q,x,y z.* vid. Regulas ſub ſingulis litteris; partim, quia aliæ non ſunt finales abſolutè, ut *F.G.P.Q.Y.Z* partim, quia *aliæ non initiales ſecundâ & tertiâ eâdem*, ut *B.C.D F. G.H.L. M N P.Q R S.T.V X.Z.* Unde, quia ♂. antecedit ⊙ ⊙. geminatam modo dictas litteras ſignificare nequit. In τῷ ♂ V. vel kn. τὸ k. eſt initiale. Ergò τὸ ♂. vel k. non eſt *b c f.g. h l.p. q x.y.z.* in τῷ ♂ ♃ ♂. eſt finale. Ergò non ſignificat *B.D.F.G H.L.P.Q X.Y.Z.* Opponit τὸ ♂. poſſe eſſe *B C.D.L N.P.Q.R S.T.V Z.* namque has litteras inchoare dictionem ſeqq. geminatâ, e.gr. in *B.* Reg. 1. *beemus, baaras, bijugus*, &c. in *C.* eſſe quàm plurima: *coortor, cooperor*, &c. vid. Lex ca. in *D* in *dijudico. deeſſe.* in *L luunt*,&c in *N. nuunt*; in *P. piis*, &c. in *Q quum.* in *R ruunt*, &c. in *S. ſuus, ſuum.* in *T. tuum.* Verùm reſpondeo nullum horum exceptorum vocabulorum quadrare τῷ *kllkmd.* idque ideò, quia in *kllkmd.* prima & quarta, ſecunda & tertia ſunt ſimiles; non autem in allegatis exceptionibus, in *bijugus*, quarta eſt *u.* cùm debeat *B.* repeti, quia prima & quarta in *kllkmd* ſunt æquales, eædemque. Eadem ratio excludit reliquas dictiones: vel propter defectum litterarum, vel exceſſum: propter defectum in *luunt, ruunt, ſuus, ſuum, tuum, nuunt*; quæ vel quinque, vel quatuor tantùm gaudent litteris cùm *kllkmd.* ſex poſſideat. Inſtas ex primâ litteræ *M.* Regulâ, τὸ *kllkmd.* poſſe eſſe *meemus*, quippe in quo vocabulo reſpondeant prima & quarta, ſecunda & tertia, prorſus ut

in

in *kllkmd.* ſed reſp. hoc vocabulum non poſſe eſſe *meemus*, idque evinco tùm evidentiſſimâ ratione. Conf rendo τὸ *kllkmd.* cum *ikmd.* ut à *kllkmd.* dependens neceſſariò quoad ultimas. Hæc deſinit in -mus, primâ adhuc ignota & latente, quæ neceſſariò eſt vocalis, ut ſit, *amus, emus, imus, omus.* ſolum penultimum, nempe *imus*, eſt latinitate donatum, cœtera barbariem præ ſe ferunt. Hoc autem *ikmd.* nequit ſignare *imus*, ex collatione τῆ voculæ *kn.* & *idod.* ſi τὸ k. in vocula *kn.* denotat *m.* tunc character *N.* in *kn.* erit vel *e*, vel *i*, dicitur namque tantùm *me, mi, ma, mo, mu*, incondita ſunt & exotica. Neutrum eſt, inquam, nec *e*, nec *i*, character *N.* Non *e*, quia ſi *kllkmd.* notat *meemus*, tunc L. eſt *E.* ut conſequenter ſi τὸ *kn.* notaret *me*, ſcriptum deberet eſſe *kl.* quod ſecus ſe habet. Neque *i.* quia ſi τὸ *ikmd.* ſignificat imus. ex hypotheſi *meemus.* tunc character i. eſt *i*, & ſcribi debuiſſet, ſi τὸ *kn.* eſſet *mi*, hoc modo *ki.* non *kn.* Ulterius contero vocabulum *idod.* Si *ikmd.* ſignat *imus*, tunc *idod.* faciem hanc habet *is-s.* Ergò vocabulum erit vel *iſas*, vel *iſis*, vel *iſos*, vel *iſus.* *iſas*, *iſos*, ſunt barbara vocabula, nec non *iſus*, dein poſito quod τὸ *iſus*, eſſet vocula latinis uſitata, ſic ſcribere Autor debuiſſet *idmd* non *idod.* *u* enim in *meemus* extat. *Iſis*, Latinum eſt quidem, ſed ob ordinem litterarum ſitumque excluditur. In *iſis* enim prima & tertia, ſecunda & quarta ſunt ſimiles, contra ac fit in *idod.* quod ſecundam & ultimam tantùm habet eandem, & prætereà nullam. Ergò colligitur τὸ *kllkmd.* non ſignificare *meemus*, quia τὸ *ikmd.* notaret *imus.* ſi hoc, tunc *kn.* ſignaret *me*, vel *mi*, quod abſur-

abſurdum. Si hoc *idod* eſſet vel *iſu*, vel *iſas*, quod ἄτοπον. E. conſequente abſurdo, antecedens eſt abſurdum.

Quæritur, an τὸ ♂. vel k. ſit *E*. Reſp. Negando; ſi enim τὸ ♂. eſt *e*. τὸ ⊙⊙. vel LL geminatum eſt vel *f*. ut *effero, effert, effeci*. vel *n* ut *enneas*, vel *L*. ut *elleborum*, &c. vel *S*. ut ſit *eſſent* Aliæ enim geminatæ nequeunt interponi, non enim τὸ *E*. inſpice Lexica primam litteram ſequitur geminatum, B.C.D.G L.M.O. P.Q.R.T.U. (Q X.Y.Z. per ſe abſolutè non geminantur.) Ergò relinquitur, ſi prima eſt *E*. geminatam eſſe vel *F*. ut ſit τὸ *kllkmd*. vel *effero*, vel *effers*, vel *effert*, vel *efferi*, vel *effera*, vel *effeci*, vel *L*. ut *elleboro*, vel *N*. ut τὸ *kllkmd*. ſit *enneas*, vel *S*. & ſic *kllkmd*. ſignificabit *eſſent*. Verùm enim verò nullum iſtorum vocabulorum quadrat. Nec enim *kllkmd*. eſt *effero, effers, effert, efferi, effeci*, quia τὸ L. vel character ejus ⊙. non eſt *F*. ob ultimam *hfla*. ubi *F*. eſt penultimum, quod contra naturam τῦ *F*. eſt, vid. Reg. nonam *F*. nec *enneas* ſignificat τὸ *kllkmd*. ob voculam *ikmd*. cujus terminatio eſt -*eas*, prima littera eſt occulta, ideò adhuc invenienda. Jam præpono τῷ -*eas*, in *ikmd*. *b.c d f g h.l.m.n.o p.q r.s.t.u.x.y.z.* Nulla præmitti poteſt, niſi *d.M R*. ut latina emergat vox. Sed τὸ *ikmd*. neque ſonat *Deas*, neque *meas*, neque *reas*. ex collatione vocabuli *idod*. *d*, eſt *s*. Ergò in *idod*. ſecunda & ultima ſunt *S*. ſive prima i. ſit *D*. ſive *R*. abſurda generatur vox, quippe quæ exorditur à geminis conſonantibus *ds, ms, rs*, quod Latinæ Linguæ eſt inſolens.

Neque τὸ *kllkmd*. ſonat *eſſent*, ex collatione voculæ *ikmd*. cujus ultimæ literæ deſinunt in -*ent*.

prima quæcunque præfigatur abſurdam edit vocem. Igitur τὸ k. non poteſt eſſe *E.*

Tandem neque τὸ ♂. vel k. eſt *u.* quod demonſtratur ex eo, quia τὸ *u* non eſt initiale ſecundâ & tertiâ eâdem exiſtente, juxta Reg. 2. τοῦ *u.* exc. *viis, ullibi, ullus, ulla, ullum.* Cœterùm nullum horum quadrat, cùm *kllkmd.* habeat primam & quartam eandem, dein ſit ſex litterarum, quale nullum eſt, niſi *ullibi*, quod tamen denotari nequit per *kllkmd.* ob diverſum litterarum ſitum. Ergò colligitur tandem, character ♂. vel k. Non eſt negativè, *b.c.d e.f.g.h l.m.n.p q.r ſt u.x y.z.*

Ergò affirmativè vel *A*, vel *i*, vel *o*, quod notandum in charta peculiari.

Undecimus character eſt ⊙. vel L. de quo judica ſuppoſito τὸ k. eſſe vel *a*, vel *i*, vel *o*, non eſſe eam, *c.* quia nulla vox eſt, quæ ſonat *acca*, &c. nec *ecce*, nec *occo*, quæ haberet ſequelam conſonantium, ut hic τὸ *kllkmd.* non F. quia *F non eſt penultimum*, quod fit in voce *hfla.* Non eſt *E.* quia *E.* geminatur, ſed non inter ſimiles, ab initio exc. *meemus.* Non *G.* quia dictio nulla incipit vel *ab*, vel *agga*, vel *eggo.* Non *O* quia *O.* non geminatur inter ſimiles. *H.* non eſt, quia hæc *littera non geminatur.* Non *Q.* *X.Y.Z* quia & hæ non geminantur. Non *u.* quia nulla dictio habet *u* geminatam ſecundam & tertiam ſequente & antecedente eâdem.

Ergò character *L.* vel *O.* poteſt eſſe *b d.l m n p.r, s.t.* Reliquæ ſunt excluſæ.

Duodecimus character eſt T. vel M. qui non eſt *F. Q.* quia *hæ littera non ſunt penultimæ*, ut hic character in duabus dictionibus *kllkmd.* ikmd.

Decimustertius character V. vel N. τὸ k. eſt vel *a.* vel *i.* vel *o* ut ſupra oſtenſum. Ex quo infertur, τὸ N. non eſſe vocalem, ſed conſonantem, ſi enim prima k. eſt *a*, & n. vocalis, tunc vocula ſonabit vel *ae. ai, ao. au* Si k. eſt *i.* tunc emergent voculæ *ja, je, jo, ju.* Si *o* orientur *oa oe, oi. ou* quæ ſingula incognita latinæ linguæ ſunt vocabula. Igitur ſupereſt τὸ N. eſſe conſonantem. Dico autem non eſſe *f g. l. m p. q. y. z.* quia hæ conſonantes partim non ſunt *finales abſolutè*; partim, non *in voculis duarum litterarum finales* Non *x.* quia alias τὸ k. eſſet *E.* cujus ſignificatu excluditur; eò quod ſi k. eſſet *E* vocula *kllkmd.* ſignificaret *eſſent*, quod ex collatione *ikmd.* refutatur. Relinquitur ergò quod n. poſſit eſſe *b. c. d. n. r s. t.* reliquæ omnes exploduntur.

Decimus quartus character eſt - . de quo judico: o. Non eſſe *F. G. P. Q Z.* quia hæ abſolutè non finiunt dictionem, quod non ſit in voce penultimâ. Non *B. D. T.* quia utut dictionem terminent tamen nulla exceptarum locum habet in *haeſo.* minimè omnium in longiſſimâ: *haekbfbao* in quâ τὸ *o.* vel character - . claudit vocem. Exceptæ in litterâ *B.* ſunt *ab, ob, ſub.* nulla iſtarum poteſt ſignificari per *haeſo.* quod quinque litterarum. Exceptæ litteræ *D.* Reg. ult. ſunt: *ad, id, ſed, haud, quid, aliquid, aliquod, nunquid, quicquid.* Jam applico ad gemina vocabula *haeſo.* & *haekbfbao.* exceptiones τῦ *D.* & pronuntio τὸ o. non eſſe *D* quia aliàs vox quinquelittera vel *illud*, vel *iſtud*, vel *aliud*, vel *quoad*, quæ ſola pares habent numero litteras τῷ *haeſo.* reliqua omnia vel excedunt, ut *quicquid*, vel deficiunt, ut *ad, id, ſed, apud*, &c. Hæc vocabula quinque inquam litterarum examino, & deprehendo. τὸ *haeſo.*

haeſo. non eſſe *illud*, quia in τῷ *illud* ſecundâ & tertiâ ſunt eædem in *haeſo*· autem omnes diverſæ. Non eſſe *aliud*, quia a. in *haeſo*. nequit repræſentare *L.* cùm nulla dictio latina & conſequenter τὸ *ab*. exordiatur à littera *L*. vid. id ſuprà in charactere ꝗ.vel a. ſubſtituto, evictum. Non *iſtud* repræſentatur per τὸ *haeſo*. idque primo ex collatione *haekbfbao*. ſi a eſt *S.* & o. eſt *D.* quod neceſſariò eſſe debet, ſi τὸ *haeſo*. ſignificat *iſtud*. tunc penultima dictio terminatur in *S.D* quod Latini non faciunt; dein quia *D* in nullo vocabulo novem litterarum finale eſt, poſito, quod claudat dictionem *SD*. inſpice Reg.*D*. ultimam, videbisque longiſſimum eſſe τὸ *quicquid*, octo conſtans litteris. Tandem neque *quoad* ſignificat, primò, quia character H. eſt penultimum in *bhf*. dein quia ſequitur τῷ H. diverſa, in ultimo verbo *hfla*. & *qhkf*. ſi H. eſſet *Q*. ſequeretur idem ſemper character. Non *x*.quia τὸ *x*. non inchoat dictionem quadrilitteram. Tandem τὸ a. non eſt *y*. quia non eſt finale in vocibus Latinis, vid Reg.ult. τῷ *y*. Neque eſt *N*. quia hoc in *verbis novem litterarum non finale*. Nec *L*. ob eandem rationem.

Decimus quintus character eſt ƀ. ſive τὸ P. de quo dico, non eſſe *Q. F* quia *hæ non ſunt penultima*, ut hîc τὸ P. in voce *okpk*. Non *y* quia *hac littera non collocatur inter ſimiles* vid.Reg.3.τῷ *y*.

Decimus ſextus character †. ſive τὸ Q. non eſt *y*. *x*. quia prius dictionem non orditur, juxta Reg. τῷ *y*. primam; poſterius in voculis quatuor litterarum non incipit, vid. Reg. τῷ *X* ult.

Vides, Benevole Lector, ratiocinium ſatis prolixum ſuper Scripturam Clariſs. *Harsdörfferi*, quo tandem

tandem ſiſtimus & dicimus de quovis charactere affirmativè & negativè.

Primus character a. vel ꝛ.

Negativè non eſt *B.C.D.F.G.H.L.M.N.O.P.Q.R.X.Y.Z.*

Ergò disjunctivè affirmativè *a,e,i,s,t,u.*

Secundus character ♂. vel b.

Negativè non eſt: *B.C.F.G.H.L.M.O.P.Q.R.X.Y.Z.*

Disjunctivè: *a,d,e,i,n,s,t,u.*

Tertius character 6. vel c. non eſt *F.Q.Z.*

Reliquæ E omnes non excluduntur.

Quartus character □.vel d. non eſt: *B.C.D.F.G.H.L.M.N.P.Q.R.S.X.Y.Z.*

Ergò disjunctivè, *a,e,i,o,t,u.*

Quintus character △.vel E.non eſt *F.Q.*

Ulterius progredi nequit Interpres.

Sextus character X. ſive F, non eſt: *B.C.F.G.H.P.Q.Y.Z.*

Disjunctivè reliquæ omnes.

Septimus character ♃. non eſt *F.Q.*

Reliquæ omnes non repugnant.

Octavus character ʌ. ſive H.non eſt: *F.Q.Y.Z.*

Reliquæ univerſæ relinquuntur.

Nonus character τὸ O.ſive ſubſtitutum I.non eſt: *B.F.G.H.P.Q.Y.Z.*

Disjunctivè cœteræ.

Decimus character ♂.ſive K.non eſt: *B.C.D.E.F.G.H.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.*

Ergò affirmativè vel *a.* vel *i.*

Undecimus character ⊙. non eſt: *A.C.E.F.G.H.I.O.Q.R.V.X.Y.Z.*

Ergò disjunctivè, *b,d,l,n,p,s,t.*

Duo-

Duodecimus character T. vel M. non eſt *F.G.* negativè, determinatè.

Indeterminatè disjunctivè cœteræ omnes.

Decimus tertius character V. ſive N. eſt disjunctivè *b,c,d,n,s,t.*

Decimus quartus •. ſive o. non eſt: *B.C.D.F.G.H. L N.P.Q X.Y.Z.*

Ergò *a,e,i,o,u,m,r,s,t.*

Decimus quintus ♄ .vel P.non eſt *Q.F.* Reliquæ non contrariantur.

Decimus ſextus †.vel Q. non eſt *X.Y.* cœteræ univerſæ.

Hos ratiocinio abſoluto annoto illos characteres, qui pauciſſimos habent indeterminatos. Exempli gratia:

τὸ σ. vel k. neceſſariò eſt vel *a.* vel *i.*

τὸ ˥. vel a. indeterminatè, *a,e,i,s,t,u.*

♂. vel b. *a,d,e,i,n,s,t,u.*

□. character, *a,e,i,o,t,u.*

⊙. disjunctivè, *b,d,l,n.p,s,t.*

V. ſive n. *b,c,d,n,s,t.*

•. eſt *a,e,i,o,u,m,r,s,t.*

Jam quæro, quid vocabuli ſit τὸ *kllkmd.* Si τὸ k. eſt *a.* vel *i.* in Calepino vel Lexico quocunque quæro in *a.* vocabulum, quod geminata eadem ſequitur, ita ut quarta ſit ſimilis primæ, & invenio ſequentia in a. *Abbati, Abbate, accanto, addant, allati, allato, allata, annati, annato, aopare, apparo, attace,* Imperativus ab *attaceo.* In τῷ i. reperio, *illice, illius, illico, illinc, illido, illigo, illiſa, illiſo, irrigo, illiga, illini, illine, illita, innixa.* Ex his vocabulis neceſſariò unum eſt in propoſita Scripturâ *Accanto* excluditur ob exceſſum unius literæ τὸ *kllkmd.* tantùm

tùm habet ſex *accanto* contrà ſeptem. Et C.jam expunctum eſt in ratiocinio τῦ ☉. ut ita interponi nequeat. Jam aſſumo ſingula vocabula, & video an applicari queant. Primum eſt, *Abbati*, *Abbate*, Dativus & Abblativus. Si τὸ *kllkmd* denotat *Abbate*. tunc ikmd. terminatur in *ate*, prima poteſt eſſe *C. D.* vid. ratiocinium τῦ characteris o. vel i. ut vox emergat date, vel latè. Si date vocula *idod.* ſonat *deme*. Si hoc okpk. eſſet vox *mala*, ultra ire nequit interpres Non enim repugnat eſſe *Abbate*. Itaque pergo & ſuppono eſſe *Abbati*. Ex hoc concludo hypotheticè τὸ *ikmd.* ſignificare ſecundùm ratiocinium noni characteris, ad quod ſemper recurrendum eſt in præfixione vel interpoſitione characteris, ne præfigas eam, quæ excluſa jam eſt, aut interponas aut poſtponas. Vel *cati*, *dati*, vel *lati*, *nati*, vel *rati*, vel *ſati*, vel *vati*. Si τὸ ikmd. ſignificat *cati*, tunc vocula idod. hanc habet faciem *ci-i.* nondum inventa. Character o. vi ratiocinii numero decimi quarti de τῦ o. disjunctivè eſt *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, *m*, *r*, *s*, *t*, *x*. quæcunque interponatur littera abſurda exoritur vox, exc. *civi*, Dativus à *civis*, & *citi*, à *citus*. Si *civi*, tunc *okpk* primam habet V. ſecundam & ultimam *a*, τὸ k. enim ſuppono eſſe *a*. in *Abbati*. ut hæc appareat vox *va-a*. quamcunque interponas, illatinam producit vocem, exc. *N.* ut vox ſit *vana*; *S.* ut emergat *vaſa*, *vaca* eſt Imperativus latinus verbi *vaco*. ſed in *ikmd.* ſi τὸ i. eſt *c.* & okpk. ſignificaret vaca, tunc ſcribi debuiſſet ita: *okik*, ſuppono enim τὸ i. eſſe *c*. Ergò quoties recurrit τὸ i. eam ſortietur poteſtatem, ergò non repugnat eſſe *Abbati*. Quæritur porrò, an ſi *kllkmd.* notet Abbati, & *ikmd.* cati, τὸ *idod.* non ſignificaret *citi*. Reſp. non poteſt: quia

quia ſi τὸ ikmd ut ſuppono eſt *cati*, τὸ m. & *T.* Itaque ſi *idod.* eſſet *esti*, cùm ſcriptum deberet eſſe hoc modo: *idmd. M.* enim ſuppono eſſe *T.* Igitur ubi *T.* occurreret eſſet ejus character ponendus *M.* vel *T.* quod in *idod.* omittitur. Pergo: ſi τὸ *kllkmd.* denotaret *Abbats*, num τὸ *ikmd* ſignificaret *dati*. Examino & dico, ſi τὸ *ikmd.* ſignificat *dati*, τὸ *idod.* primam habet *d.* ſecundam & quartam *i.* τὸ o. littera incognita juxta judicium Steganographicum: ſuperius decimi quarti characteris nulla alia eſt niſi *a,e,i,o,u,m,r,s,t,x* interpone has & nulla reſultabit vox, niſi *divi*, *dies*, vel *dici*, *dixi*, *diti*. neque enim dico, *diai*, *dioi*, &c. non *diſi*, *diri*; τὸ *idod.* non ſignificat *dies*, quia vocula okpk. ita ſonaret ea - a. o. enim eſt *e.* ex ſuppoſitione τῦ *diei.* k eſt *a.* Quamcunque ex Alphabeti litteris interpoſueris ante ultimum *a.* incondita exurget vox; non enim dico, *eaba*, *eaca*, *eada*, *eafa*, *eaga*, &c. & ſic de cæteris. τὸ *divi* non abſurdum eſt. Si *ikmd* eſt *dati*, τὸ *idod.* erit *divi*, & *okpk vana* *Diti* non quadrat, ſed excluditur; ſi enim τὸ *ikmd.* eſt *dati* ex ſuppoſitione *Abbats*, τὸ *idod.* non erit *diti*, quia *T.* in *dati* jam eſt, in *diti* autem repeteretur Neque τὸ *idod.* ſignificat *dixi*, ex ὑποθέσει τῦ *dati*: *Abbats*, quia τὸ - . non eſſe poteſt *x.* quod non eſt *initiale in voculis quatuor litterarum.* Progredior ad τὸ *lati*, & dico: ſi τὸ *ikmd.* ſignificat *lati*, vocula *idod. li - i.* Character decimus quartus - . non eſt ullà niſi *a, e, i, o, u, m, r, s, t.* Nulla interponi quit niſi *M.* ut ſit *limi.* & conſequenter *okpk.* ſit *ma - a* quæcunque interponantur, abſurdam barbaramque efficiunt vocem, non enim dico *maba*, *mafa*, *maga*, &c. ſolùm *L* & *Z.* generant latinam dictionem, ut ſit vel *mala*, vel *maza*.

Poſte-

Poſteriùs eſt rariſſimum, & probabiliter ideò excludendum. Prius non quadrat. Si enim τὸ *okpk.* ſignificat *mala*, τὸ *idod.* non eſt *limi.* ſi τὸ i. eſt *L.* τὸ *okpk.* ſcribi deberet *okik.* Aſſumo *nati* & inquiro ex ſuppoſitione τὸ *kllkmd.* ſignificare *Abbati*, an τὸ *ikmd.* ſignificet *nati.* Reſp. Si τὸ *ikmd.* eſt *nati.* τὸ *idod.* erit *ni* > *i.* littera incognita nulla eſt niſi *d.* ut ſignificet *nidi. L. nili. S. niſi. T. niti. V. nivi. X. inixi.* Dico, *idod.* non eſt *nidi.* quia character o. non eſt *D.* vide ratiocinium decimi quarti characteris. Neque eſt *niſi*, quia τὸ *okpk.* eſſet vel *ſaga*, vel *ſana*, *ſata*, *Saxa*. *Saxa* poteſt eſſe. *Sana* verò non, quia *n.* jam eſt in *nati.* Quæritur an ſi *Abbati*, notaretur per *kllkmd.* τὸ *ikmd.* ſignificaret *rati.* Reſp. ſi τὸ *ikmd.* eſſet rati, tunc *idod.* ſignaret *riſi*, & *okpk.* cujus prima eſt *S* & k. *a* *ſana*, *ſata*, *ſaxa.* ſignificaret. Non *ſata*, quia aliàs τὸ p. repeti deberet in *ikmd.* quod ſcribi debuiſſet *ikpd.* reſtat *vati.* Quo ſuppoſito ex aſſumtâ *kllkmd.* quod *Abbati* poſuimus, Colligo τὸ *idod.* ſonare *vi-i.* τὸ o quod adhuc me latet, vi ratiocinii nulla eſt niſi *a,e,i,o,u,m,r,s,t.* quæcunque interponatur, abſurdam facit, niſi *S* ut ſit *viſi. Viri*, non enim dico *viai*, ſed *viri.* Si *viſi*, tunc *okpk.* ſignificaret *ſana*, vel *ſaxa*, quod non repugnat. Si *viri*, tunc *okpk.* ſonaret *ra a.* quæcunque interſeratur, incondita profertur dictio niſi *N.* ut ſit *rana. P.* ut *rapa. S.* ut *raſa. rata* non quadrat, quia *t.* ſuppono eſſe τὸ *M.* Ex quo ratiocinio relinquitur ultimatò, non eſſe contra Textum, neque Regulas τὸ *kllkmd.* repræſentare *Abbati.* Ad aliud vocabulum jam me confero nimirùm τὸ *addant*, quod numero litterarum convenit cum *kllkmd.* Si hoc vocabulum eſt *addant*, τὸ *ikmd.* deſinit in *ant*;

&

& τὸ i. in ikmd erit *e*. nulla enim præfigi poteſt littera, quæ latinam pareret vocem, præter τὸ *D*. quod verò jam eſt in *addant:* Sed nec *eant* ſignificat vocula ikmd. ob voculam *idod*. τὸ i. eſt *e*. τὸ d. eſt *t*. τὸ o quæcunque ſit vel conſona vel vocalis, abſurdam parturit vocem.

Tranſeo ad vocabula *allati*, *allatò*, & ratiocinor: ſi τὸ *kllkmd*. repræſentat *allati*, vocula *ikmd*. finitur in -*ati*, primâ ignotâ; illa eſt vel *c*. vel *d*. *f* vel *N*. vel *P*. vel *R*. vel *S*. vel *V*. ut ſequentia exoriantur vocabula *cati*, *dati*, *fati*, *nati*, *pati*, *rati*, *ſati*. *Fati* expungitur vi ratiocinii characteris o. vel i. quia *F*. *non finale eſt*, quod hic in vocab. *fghi*. reperitur. Si τὸ *ikmd*. primam habet *C*. ut ſit *cati*, tunc *idod*. ſonat vel *cibi*, *citi*, *civi*, non *cibi*, quia τὸ o. ut ſub charactere -. decimo quarto vides non eſt *B*. non *citi*, quia vox okpk. cujus prima eſt *T*. ſecunda & ultima *A*. ex ὑποθέσει *allati* repræſentaret *taxa*, nulla enim vox latina generatur, ſi aliam litteram præter *X*. interpoſueris; non enim dicitur *taba*, *taca*, *tada*, *tafa*, &c. percurrendo totum Alphabetum. Si *civi*, tunc *okpk*. quia o. repræſentat *u*. deſinit in *vana*, vel *vaſa*, quod non abſurdum eſt. Ergò vox *kllkmd*. optimè poteſt ſignificare *allati*. Quæritur an ſignificet τὸ *kllkmd*. *allato*. Reſp. ſi hoc, tunc *ikmd*. terminaretur in *cato*, *dato*, *fato*, *lato*, *nato*, *rato*, *ſato*, τὸ i. non eſt *F*. E. *ikmd*. non ſignificat *fato*. Non *cato*, quia vocula *idod*. repræſentaret *como*, τὸ o. enim character nulla litera eſt niſi *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, *m*, *r*, *s*, *t*. quamcunque interpoſueris, barbara generabitur dictio excepto *como*. ſi *idod*. ſignificat *como*, tunc vocula *okpk* primam habet *m*. ſecundam & ultimam *a*. ut prodire debeat vocula aliqua ex ſequentibus, *maja*, *mala*, *maza*.

S Quam-

Quamcunque enim interpoſueris litteram, non eruetur dictio latina. *L.* expunge, & conſequenter *τὸ mala*, ſi enim *τὸ kllkmd.* ſignat *allato*, tunc *τὸ* p. in *okpk.* non eſt *L.* quippe ſcribendum fuiſſet *oklk.* ſi hæc dictio *mala* ſignificaret, reſtat *maza*, quod quia rarius eſt non videtur poni in ſcripto. Nec repugnat *annati*, *annato*, neque *apparo* adverſatur, neque *illice*, neque *illico*, *illido*, *illigo*, *irriga*, *illira*, *illiſo*, *illine*, *illino*, *illime*, *illita*, *illito*, *innixa*, *immite*. Hæc omnia habere locum poſſunt, è contra excluduntur *appare*, *attace*, *illinc*, *irrigo*, *illiſe*, *innixo*, *illius*. quæ collata cum *ikmd.* idod. okpk. abſurdas edunt voces, & quia conſequens inconveniens, neque ulla latina proferuntur vocabula, antecedens quoque eſt abſurdum. Hæc methodus perpetuò obſervari debet, conferre vocabula, & ſupponere certum, ut ſi barbara producantur vocabula à poſteriori, antecedens aliud aſſumatur; qui quidem proceſſus ſyllogiſticam æmulatur methodum. Hactenus ratiocinium noſtrum, in quo acquieſcimus, neque enim ultrà terminum huncce aſcendere poſſumus. Sed intra conjecturas nos tenere. Itaque ad conjecturas eamus (ultra in hoc exemplo Interpreti gradum promovere non licet, idque eò, quia vocabula non cohærent, adeoque licet inveneris aliquod vocabulum, nihilominus in alterius cognitionem vix devenies,) & ſupponamus, (hoc enim re deſperata tentandum eſt,) *τὸ kllkmd.* notare illico *τῦ ikmd.* primus character o. ſeu ſubſtitutum i. juxta ratiocinium ſuperius exhibitum in charactere nono non eſt *B. F. G. H. P. Q. Y. Z.* Ergò inter vocales *a, e, i, o, u.* conſonantes *C. D L. M. R. S. T X.* quæ probè ſunt notanda, & coram in ſchedulâ ſcribenda,

da, ne interpres litteram jam expunctam reaſſumat. Ergò vocabulum *ikmd.* ex ſuppoſitione conjecturali τὸ *kllkmd.* ſignificare *illico*, erit vel *vico*, vel *dico*, vel *mico*. Ex quibus aſſumo τὸ *dico*, uſitatius, & cum *illico* componibilius. Et ajo, ſi τὸ *ikmd.* notat *dico*, tunc τὸ *fghi.* ultimam habebit conſonantem *d* inquiro in exceptis verbis finalibus litt. 9. τῆ *D.* & video quatuor eſſe quadrilittera, *apud*, *haud*, *quid*, *quod*, &c. Jam ex hypotheſi conjecturali τὸ *kllkmd.* notare *illico*, & *ikmd.* *dico*, neceſſariò τὸ fghi. notabit vel *apud*, vel *haud*, vel *quid*, vel *quod*. non *quid*, *quod*, *haud*, quia juxta Scrutinium ſuperius character x. vel f. qui ſextus eſt character non eſt *h.* nec *q.* ut videre eſt in rationibus adjunctis vel ratiociniis. Ergò neceſſariò *apud* erit. Quæritur hîc, an character f. poſſit eſſe *a.* τὸ G. *p.* τὸ H. *u.* Reſpondeo imò, idque inſpiciendo characteres *f. g. h.* ſexti, ſeptimi, octavi ratiocinium video non repugnare primum eſſe *a.* ſecundum *p.* tertium *u.* quartum *d.* quas inventas annoto ſeorſim in pagellâ, vocales primùm, deinde conſonantes. Vocales inventæ ſunt:

a. u. i. o. f. h. k. d.	in *apud*, *dico*, *illico*, Conſonantes.
c. d. l. p. m. i. l. 9.	Inventæ ſunt in Alphabeto delendæ, vel, ſi placuerit, puncto ſubſcripto notandæ hoc modo:

a e i o u.

b c d f g h l m n p q r s t x y z.

Quibus characteres ſui ſunt ſuper imponendi. Quo-

ties verò invenitur nova littera, toties deletur in Alphabeto, ut, ſi defuerit aliqua nova, non interponas jam repertam. Repertis vocalibus *a,i,o,u.* reſtat *e.* quod ſtatim invenio in ultimo vocabulo *hfla.* prima eſt *u.* ſecunda *a.* tertia *l.* ut exordium ſit *val.* ultima *a* non poteſt eſſe conſonans, quia nulla emergeret vox latina, ſed vocalis: nulla autem niſi *e.* reliquas enim omnes jam habeo. Ita etiam inveni τὸ *E.* vocalem quàm deleo aut ſubſcripto puncto noto, in a, e, i, o, u. Potuiſſem & aliâ ratione

. . . . . .

viâque τὸ *e.* vocalem invenire attendendo ad vocabulum *meaia* prima eſt *c.* penultima i. eſt *d* τὸ *a.* non poteſt in *meaia.* eſſe conſonans, quia alias *d.* penultimum ante & poſt ſe haberet conſonantem, quæ præpoſitio & poſtpoſitio inconditam gigneret vocem; neceſſariò itaque erit vocalis, ſed nulla niſi *e.* Litteras ita inventas ſemper ſubſcribo characteribus ſuis: e. gr.

e o o e o apud e illi co ua do o
ab. acd. aed. fghi. ba. kllkmd. fbhf. idod.
c ede i i uia di c o ve a ve i a e
meaia. okpk. qhkf. ikmd. haefo, haekbfbao.
vale.
hfla.

Quod ſubinde facio, quoties littera nova reperta eſt à me. Accedo dein ad vocab. *meaia.* prima eſt *c.* ſecunda incognita. *a.* eſt e. & i. eſt d. Forma ejus hæc: *c-ede.* Reſumo meum ratiocinium, ubi video τὸ e. characterem ordine quintum poſſe ſuſtinere omnium vicem præter *f.q.* Poſteà adeo Alphabetum meum latinum, quo expunxi jam in-

ventas

ventas litteras & dico, nondum repertas videri *b. g. f.* & *q.* jam in ratiocinio relegata ſunt h. m. *n. s. t. x. y. z.* quæcunque interponatur parit illatinum vocabulum: non enim dicimus, *cbede*, non *cgede*, non *ctede*, &c. niſi τὸ *R.* quod τῷ C. poſtpoſitum hanc edit vocem *crede.* Hoc *R.* inventum deleo vel puncto ſubſcripto noto in alphabeto Vocales ſunt inventæ. Conſonantes:

b c d f g h l m n p q r s t x y z.

& ſuperſcribo iis vocabulis, quæ continent *R.* ſequentibus putà *meaia. crede. haefo. vera -. haekbfao. vers - a - e -. aed. ero.* ſtatque ita ſcriptura:

e e o ero apud e illi co i uâ do o
ab. acd. aed. fghi. ba. kllkmd. kn. bhf. idod.

c rede i i uia dico vera veri a e
meaia. okpk. qhkf. ikmd. haefo. haekbfbao.

v a l e.
h f l a.

Poſt arripio vocabulum *haefo.* collatum cum *idod.* in quorum priori adhuc latet ultima, ſicut in poſteriori penultima, & reſpicio ratiocinium characteris decimi quarti, cujus figura -. ſive o. quo habetur τὸ o. ſive -. characterem disjunctivè eſſe *a,e,i,o,u, m,r,s,t.* Vocales ſunt omnes jam inveſtigatæ, ex Conſonantibus *R.* etiam: quod etiamſi nondum inventum eſſet, tamen non poteſt applicare in *idod.* ſonaret enim *doro.* quod abeſt à latinitate, ſicut nec *S.* interpoſitum gignit latinam dictionem. Non enim dicimus *doſo.* *T.* excluditur ideò, quia ſi τὸ o. eſt *T.* tunc vocula *haefo.* ter-

 minat

minat in *verat*, quod barbarum. Relinquitur ergò *M.* conſonans, ſtatque meum Alphabetum auctum conſonante novâ.

b c d f g h l m n p q r s t x y z.
• •   •   •   •

Hoc *M.* ſuperſcribo vocabulis, quæ *M.* habent, e. gr. okpk. *mi-i. haefo.* quod ſignificat *veram. backlfbao. veri-a em.* τὸ *M.* quæſito tranſeo ad penultimum vocabulum, in quo deficit b collatum cum ab. ba. *bbf.* & dico juxta ratiocinium, τῦ *B.* characteris ſecundi nullam eſſe eam niſi disjunctivè *a,d.e,t,n,s,t,u.* Vocales, quia inventæ, non habent locum. *D.* jam inveni, deinde, poſito nondum inventum, non tamen poteſt applicari, quia non dico *dua*, non *verìdadem*, quæ vocabula ita deſinerent, ſi τὸ b. eſſet *d.* ex eâ ratione expungitur *N.* reſtat *S.* & *T.* *S.* excluditur, quia licet dicam *es*, & *ſe*, & *ſua*, tamen non dicitur latinis *verìſaſem*, ſed *veritatem*. cujus inventio generat primam voculam ab, *et.* & inverſam *ba*, *te*, & *bbf.* *tuâ*, & *veritatem*, & alphabetum auctum hoc ordine videtur:

b c d f g h l m n p q r s t x y z.
• •   • • • • •

Jam reſtant inveniendæ conſonæ:

c, n, p, q.

Quæ c. ſit littera experior ex voculâ *acd.* a. eſt *e.* & d. eſt *o.* media nulla niſi *b. g. h.* (*f. q.* jam in ratiocinio exploſum vide,) *n, s, x, y. z.* ut *acd* ſit vel *ego*, vel *cho*, prius admittimus ob conſtructionis συνάφειαν. *Q.* nulla eſſe poteſt niſi *Q.* ut τὸ *qkkf.* ſit *quia.* τὸ *N.* eſt *n.* quamvis enim *S.* nondum adfuerit, & τὸ *kn.* *is* ſignificare queat, tamen ob rationem ſyntacticam

&

& perſpicuitatem ſententiæ *in*, aſſumendum, contrà τὸ *is* rejiciendum eſt. τὸ P. eſt *H.* ut *okpk.* ſit *mihi.* ob eandem rationem ſyntactici ordinis, ſenſusque evidentiam, ob quam τὸ okpk. nequit ſignificare mihi, &c. Ita tandem inveni ſcripto contentas omnes litteras, &c. Qui proceſſus quantum differat à Clariſſ. *Harsdörfferi* judicabit Benevolus Lector, cujus judicio nos ſubmittimus.

CAPUT VI,

Schotti Jeſuitæ Scholam Steganographicam examinat.

SEquitur *Schottus*, Jeſuita, Mathematicorum hujus Seculi facilè primus, cujus Scholam Steganographicam Anno 1665. Herbipoli editam aliquantum examinabimus, ut Lector illum librum in iis, quæ noſtræ Steganographiæ methodum ſpectant intelligere meliùs poſſit: Quæ cùm occupata ſit in reſolvendis ſecretis ſcriptis, non modis variis Epiſtolas concinnandi, quas *Trithemius*, *Schottus*, aliique ſine numero proponunt, tantùm, quæ ad rem noſtram faciunt, evolvemus, potiſſimaque capita *Schotti* præteribimus, in quibus non expedit, quâ ratione ſcriptum detegi queat characteribus incognitis exaratum. Pauca cùm ſint, quæ cum noſtrâ Steganographiâ conveniunt, inſpiciemus, textusque, verba formalia exſcribemus, quæ leguntur pag. 91. ubi *Cap.* III. *Claſſe* III. §. 1. ſeqq. habet:

§. I.

Steganographicè ſcribere, & legere, ope ſolarum litterarum Alphabeti Tabellis inſcriptarum.

TAbellis Steganographicis ſeu combinatoriis, hactenus præparatis, inſcriptæ ſunt & litteræ, & numeri. Scriptio ac lectio Steganographica fieri poteſt ope ſolarum litterarum, & ope litterarum ac numerorum ſimul, ut paulò antè dixi. Primam Praxin nunc trademus, alteram poſteà.

Scriptio & lectio Steganographica per ſolas litteras, valdè (*a.*) vulgaris eſt, & antiqua, olim à Cæſare *Auguſto*, aliiſque Romanis, ut initio hujus 3. Claſſis dixi, uſurpata, ac poſteà à *Joanne Trithemio* exculta, nec non à *Joanne Baptiſta Porta*, à *Blaſio Vigenerio*, à *Guſtavo Seleno*, ab *Hercule Sundt*, aliiſque paſſim. Conſiſtit in litterarum Alphabetariarum metatheſi, ſcribendo litteram pro littera, ut *B*, pro *A*. *C*, pro *B*. &c. Poteſt variari toties, quoties 24. Alphabeti litteræ poſſunt inter ſe binæ ac binæ conjungi, ut nova ſemper reſultet conjunctio. Non eſt (*b*) ſecurus hic modus ſcribendi, ſed ſtatim à quovis deprehenditur ſub eo latere ſecretum, quoniam barbara & nihil ſignificativa vocabula procreat. Exhibere tamen eum placet per Tabellas, quoniam faciliùs & jucundiùs per illas fit, quàm aliàs fieri ſolet.

A.	B.
B.	C.
C.	D.
D.	E.
E.	F.
F.	G.
G.	H.
H.	I.
I	K.
K.	L.
L.	M.
M.	N.
N.	O.
O.	P.
P.	Q.
Q	R.
R.	S.
S.	T.
T.	V.
V.	W.
W.	X.
X.	Y.
Y.	Z.
Z.	A.

Sit itaque ſcribendum ad abſentem quodcunque ſecretum, v.gr. hoc: CAVE AB EO, QVEM NON NOSTI; ſic operare.

Primò, ſcriptis ante omnibus litteris ſecreti, deprome ex Arca Tabellam A. (id eſt,) quæ in capite ſignata eſt littera Alphabeti A. aliamque, quamcunque, v.gr. Tabellam B. easque juxta ſe colloca, ut vides hîc factum.

Secundò, quære in Tabella A. ſingulatim omnes ſecreti ſcribendi litteras, & loco illarum exſcribe litteras in altera Tabella ipſis è Regione correſpondentes, & infra ſecreti litteras ſcribe: nempe in caſu poſito quære in Tabella A. primò litteram C. & loco ipſius ſcribe in charta litteram D. ipſi reſpondentem: deinde quære litteram A. & pro ipſa ſcribe B. tùm litteram V. & pro ipſa ſcribe W. & pro E. ſcribe F. & ſic conſequenter ad finem usque procede, donec omnes ſecreti litteras percurreris in Tabella A. & ex Tabella B. correſpondentes ipſis litteras exſcripſeris. Quibus factis, ſic ſtabunt litteræ ex Tabella B. deſumptæ, & infra ſecreti litteras;

Cave ab eo quem non noſti.
DBWF. BC. FP. RWFN. OPO. OPTVK.

Tertiò, has litteras deſcribe, & amico abſenti mitte. Notum autem ipſi debet eſſe, quam Tabellam cum Tabella A. combinaveris: itaque vel anteà debet eſſe monitus, vel debet alicubi in Epiſtola noſtri littera B. ut colligat Tabellam B. fuiſſe cum A. combinatam.

§. II.

Scriptionem Steganographicam præcedentem legere.

EX verbis barbaris, & nihil ſignificantibus, paulò antè poſitis, amicus abſens veniet in cognitionem ſecreti ſub illis latentis, hoc pacto.

Primò, collocet juxta ſe Tabellas A. & B. aut quaſcunque alias quas Steganographus adhibuit.

Secundò, quærat in ſecundâ Tabellâ, quæ ad dexteram eſt poſita, omnes litteras verborum ad ſe miſſorum, & videat quæ litteræ illis in prima Tabella ad ſiniſtram collocata è regione reſpondeant. Has exſcribat, & infra litteras ad ſe miſſas ponat; & inveniet litteras ſecreti anteà poſiti, ut ſequitur:

DBWF BC FP RWFN OPO OPTVK.
Ca ve ab eo quem non noſti.

ANNOTATIO I.

NOn eſt neceſſarium, ut primo loco adhibeas Tabellam A. ſed potes quaſcunque duas combinare, & ex prima ad ſiniſtram quærere litteras ſe-

creti

creti, ex ſecunda verò excerpere litteras ipſis è regione reſpondentes; dummodò innoteſcat abſenti, cui ſcribitur, quænam Tabellæ fuerint combinatæ.

Significari id poſſet, initio Epiſtolæ exprimendo majuſculis litteris primam vocem, aut primam primæ vocis ſyllabam: ut ſi adhibitæ ſunt Tabellæ A. & B. inchoetur Epiſtola hâc ſalutandi formulâ, AB eo ſalutaris, à quo omnis ſalus: ſi Tabellæ P. & A. fuerunt adhibitæ; ſalutatio ſit; PAX à Chriſto JESU, &c.

ANNOTATIO II.

MOdus hic ſcribendi, tametſi ſtatim primâ facie oſtendat ſecretum aliquod ſub ipsâ ſcripturâ (*e*) latere poteſt tamen inſtitui tàm occultè, ut nullum humanum ingenium in ſecreti cognitionem devenire queat. Nam præterquam, quòd litteræ in Tabellis per varia orchemata variè poſſunt diſponi, & ipſæ Tabellæ, ſi binæ ſumantur, poſſint innumerabilibus penè modis ſemper aliter ac aliter combinari; Poſſunt etiam aſſumi tres Tabellæ, & juxta ſe collocari, & pro litteris ſecreti, in prima ad ſiniſtram Tabellâ repertis ſubſtitui duæ litteræ ipſis è regione in aliis duabus Tabellis reſpondentes. Exempli gratiâ, ſi ad tegendum præcedens ſecretum, adhibeas tres tabellas, quæ in vertice gerunt A. B. C. pro litteris: *Cave*, in primâ Tabellâ A. repertis, ſcribere poteris DE BC WX FG, qua-

c a v e

rum primæ duæ reſpondens è regione litteræ C. ſecundæ litteræ A. tertiæ litteræ V. quartæ litteræ E. Qui quidem ipſe modus innumeras quoque mutatio-

tiones ſubire poteſt, cùm ſemper aliæ atque aliæ tres Tabellæ copulari poſſint.

NOTÆ.

(a.) *Fateor vulgarem eſſe, ſed tamen difficultatis obnoxiam ſcripturam hanc. Minus vulgaris eſt, quæ per characteres ſcribitur.*

(b.) *Et hoc verum eſt. Sed, ut ſecretus non ſit, careatque ſuſpicione, difficulter tamen enucleari poteſt.*

(c.) *Quotiens character ſemel poſitus uniformiter repetitur*, e. gr. *B. pro C. nec aliud Alphabetum diverſum aſſumitur, ſolvi poteſt epiſtola. Unde ſolvi poteſt DE ſi pro C. ſubſtituatur, modò quoties C. occurrit, DE repetatur.*

Nec minùs cap IV. p. 94. 95. ope rotularum ſcripta legi poſſunt ab Artis Steganographicæ gnaro.

Cap. V. p 97. tractata methodus detegi poteſt. Verba Textus ſunt hæc:

CAPUT V. SCHOTTI.

De Uſu vulgari Arcæ & Tabellarum Steganographicarum per litteras & numeros.

EXplicavimus uſum vulgarem unius & plurium Tabellarum per ſolas litteras: nunc eundem explicabimus per litteras & numeros.

§. I.

Tab. I.	Tab. II.
C.20.	C.20.
D.21.	A. 8.
E.22.	V.14.
F. 23.	E.22.
G.24.	A. 8.
H 15.	B. 7.
I. 6.	E. 22.
K. 5.	O. 1.
L. 4.	Q.17.
M. 3.	V.14.
N. 2.	E. 22.
O. 1.	M.3.
P.19.	N. 2.
Q.17.	O.1.
R.18.	N. 2.
S.16.	N. 2.
T. 13.	O.1.
V.14.	S.16.
W.11.	T.13.
X.12.	I.6.
Y.10.	B 7.
Z. 9.	Ê. 22.
A. 8.	N.2.
B. 7.	E. 22.

Motus Solis in Apogæo.

§. I.

Scribere per Numeros unius ſolius Tabellæ.

PRimò, elige ex omnibus Tabellis quam volueris, v. gr. Tabellam C. hoc eſt, quæ in capite habet C. litteram.

Secundò, ſcribe ante te quocunque idiomate (modò utatur litteris in Tabella deſcriptis,) ſecretum

tum, quod amico tranſmittere vis, quod ſit v gr. hoc: CAVE AB EO, QVEM NON NOSTI BENE.

Tertiò, in Tabellâ C. aſſumtâ quære omnes ſecreti litteras, unam poſt aliam, & loco litterarum exſcribe numeros ipſis à latere correſpondentes, v. gr. loco litteræ C. ſcribe 20. loco A ſcribe 8. loco V. ſcribe 14. loco E. 22. & ſic de reliquis: ſtabuntque numeri prout in columna ſecunda hîc poſita apparet. Poteris autem ſcribere numeros vel in unâ lineâ (*a*.) perpendiculari à ſummo deorſum, unum ſub altero, ut hîc factum eſt; vel in lineâ transverſali à dextera verſus ſiniſtram, unum poſt alterum, ut litteras ſcribere ſolemus.

Quartò, numeros ſcriptos mitte ad Amicum abſentem, addito hoc Titulo: *Motus Solis in Apogæo*, vel alio quopiam; & Epiſtolâ adjunctâ, quâ dicas, te mittere deſideratum ab ipſo calculum, à te tandem confectum.

Quintò, ut abſens ſciat, quâ Tabellâ fueris uſus, monendus eſt vel anteà, vel in Epiſtolâ modo aliquo, qui facilè ab aliis adverti nequeat, indicandum. Poſſet primum Epiſtolæ vocabulum inchoari à littera, quàm Tabella adhibita in capite gerit. Sed hâc de re debet ante conveniri cum Amico.

§. II.

Legere Scriptionem Steganographicam per Numeros unius ſolius Tabellæ.

AMicus abſens, acceptis his Numeris cum Epiſtolâ, ponat ante ſe Tabellam C. & in illa quærat

rat omnes numeros, unum poſt alterum, & litteras illis in Tabellâ C. correſpondentes ponat vel ante, vel poſt numeros, ſi perpendiculariter ſcripti ſunt; vel ſupra, aut infra, ſi transverſaliter.

His factis ſtabunt litteræ prout in Tabellâ ſecundâ anteà poſitâ apparet; & conjunctæ in voces, dabunt ſecretum quæſitum, nempè: CAVE AB EO, QVEM NON NOSTI BENE.

(*a.*) *Si perpendiculari lineâ epiſtola vel ſcriptum collocatur, difficulter ſolvitur, neque ſuſpicione caret. Capite VI. p. 98. 99 methodus per rotulas exarata non eſt inſolubilis. Reliqua, quæ Schottus habet, non ad Steganographiam noſtram pertinent; quæ oſtendit, quâ ratione ſcripta occulta ex Alphabetis aperiri debeant, quod nemo Authorum citatorum, ut quidem certi credimus, præſtitit. Conferat Benevolus Lector notas in Porta cap. III. libri de occultis litterarum Notis* SCHWENTERI, (*is eſt* HERCULES DE SUNDE,) *item Notas in Myſterium Steganograph.* CL. HARSDÖRFFERI, *& deprehendet ita ſe rem habere.*

CAPUT VII.

Germanicæ Linguæ Regulas cum Exemplis tractat.

SO viel von den Autoribus Latinis, derer Widerlegung und unſere Annotationes fleiſſig der geneigte Leſer durchgehen und examiniren wolle; Dann auf dieſe Weiſe wird er befinden / was für ein Unterſcheid Theils zwiſchen ihnen unter einander / Theils zwiſchen ihren und unſern Principiis ſeye. Nun folgen auf die Lateiniſche die Teutſche Reguln / und

und zwar nach dem heutigen üblichen Dialecto, wie der berühmte Herr Harßdörffer unſere Teutſche Sprach im erſten Theil ſeines Secretarii p. 467 &c. von der Recht-ſchreibung auß der Teutſchen Bibel hat in richtige Ordnung gebracht. Darin alte Schrifften und Dialectos unſerer Teutſchen Sprach / dergleichen vor etlich 100. Jahren gebräuchlich geweſen/ aufzulöſen/ fällt ſchwer/ ja ohnmüglich/ in dem die heutige Art zu ſchreiben gantz von jener unterſchieden/ welches dann gnugſam erhellet auß der vor 500. Jahren außgangener Teutſchen Verſion Reimen-weiß gemacht/ ſo zu finden in der Bibliotheck deß Durchläuchtigſten Hertzogen AUGUSTI von Braunſchweig/ Glorwürdigſter Gedächtnüß/ darauß Herr D. Saubertus, Profeſſor zu Altorff/ in ſeinen Hebräiſchen Diſputationibus oder Philologematibus ſacris p. 193. folgende Verßlein aufgezeichnet/ genommen auß Exod. 8. verſ. 26.

Sie ſprachen/ des mag nicht geſchehen/
Daz die Lantluite ſehen/
Daz wier hie auf unſer Leben/
Solchez Opfer wellen geben/
Daz ſi douchte miſſetan/
Daz müſte an unſer Leben gan:
Slüge wir Schaf oder Rint/
In der Geſchäffte die Götter ſint/
Die ier czu Götter wellet han.

Proprie-

Proprietates ſingularum litterarum Germanicæ Linguæ, ordinatim delineatæ.

A.

1. NOn eſt ſecunda & quinta littera nec ab initio, neque à fine dictionis: Exc. Bantam, Barbara/ Barbarey/ Barnabas/Catharina/Dalmatien/ Darnach / Magdalena / Magſamen / Manna / Margaretha/ Maria/ Maccabeer/ Marpach/ Malvaſier/ Pallaſt/ Raphael / Sabbath / Sacrament / Tartarey / Tartarn / Wallachey / Wahrſager / Zaghafft / Balſam/ Calmar / Canaan/ Caſpar/ Galgan/ Labſal/ Landau/ Naſſau/ Paſſau/ Zacharias/ Altar/ Amman/ Anlag/ grauſam / ſparſam / Spandau. 2. Si geminatur eſt ſecunda aut penultima littera. 3. Non occurrit ter in dictione: Exc. Abraham/Agatha/Amalia / Athanaſius / Balthaſar / Barbara / Barnabas/ Canaan / Catharina / Granat-Apffel / Haar-Band/ Magdalena / Malachias / Margaretha / Samaria/ Zacharias. 4. Inter duo Aa. nulla geminatur littera: Exc. Amman / Anna / Aſſa / Aſſaph / Canaan/ Johanna/ Manna / Naſſau / Pallaſt / Paſſau / Sabbath/ Suſanna/ Maccabeer/ Wallachey. 5. Non eſt finalis, ſi ſecunda & quinta à fine littera eædem ſunt: Exc. Barbara. 6. Non eſt finalis niſi in nominibus propriis: Exc. Alleluja / allda/ da / Eja / ha / ja/ Manna/ Sela. 7. Non eſt finalis in verbis diverſarum litterarum: Exc. Da / eja/ Eva/Euphroſyna/ Europa / ha / ja / Jena / Joſua / Juda / Lea / Lucia/ Monica / Regina / Riga / Roſina / Sela / Sophia/ Veronica. 8. Occurrente geminatâ litterâ non eſt finalis: Exc. Alleluja/ allda/ Anna / Aſſa / Apollonia /

nia/ Brigitta/ Domicilla / Johanna/ Manna / Ottilia / Philippina / Rebecca / Sibylla / Summa / Suſanna/ Trilla/. 9. Sola ab initio geminatur.

B.

1. NOn occurrit in voculis duarum litterarum: Exc. ab / ob. 2. Non eſt media in voculis trium litterarum: Exc. Abt/ obs / übe / übt. 3 Si geminatur eſt tertia dictionis littera 4 Non præcedit geminatam litteram niſi eandem ſequatur r. Exc. Beede/ beederley/ beederſeits/ beleidigen. 5. Geminatam ſeqnens eſt quinta dictionis littera: Exc. Haab/ Haabe / Kauffbeuren / See-Blum. 6. Non geminatur in medio dictionis. 7. Inter duo B, non eſt unica littera niſi ſit initialis: Exc. Erdbeben/ Zybeben. 8. Non eſt finalis occurrente geminatâ: Exc. Auffgab/ auſſerhalb/ dritthalb / eilffthalb / fünffthalb/ Gottlieb/ Haab/ innerhalb/ Irrthumb/ Meerkalb/ Wittib / zwölffthalb. 9. Non eſt ſecunda & quinta littera à fine dictionis: Exc. Barbe. 10. Non eſt finalis, ſi ſecunda & quinta à fine littera eædem ſunt: Exc. Wittib. 11. Non occurrit ter in Germanis verbis: Exc. überbleiben.

C.

1. NOn occurrit in voculis duarum & trium litterarum: Exc. Co / Ach / Eck / Ich. 2. Non eſt initialis in verbis quatuor & quinque litterarum: Exc. Calw/ Chor/ Chur/ Czar / Cales / Camel/ Camin / Canal / Clara / Cleve / Cölln / Comet / Creutz. 3. Non occurrit ter in Germanicis verbis. 4. Non præcedit geminatam litteram: Exc. Buch-

halter/

initialis ac finalis in quadrilitteris. Exc. *facs, ſans, ſecs, ſens, ſocs, ſeps, ſois, ſols, ſons, ſots, ſous, ſucs, ſuis.* 4. Non eſt ſecunda & tertia in quadrilittero. Exc. *aſſe, eſſe, iſſu.* 5. Non geminatur bis in unâ dictione. Exc. *aſſasſin, aſſasſinement, aſſasſiner, aſſasſinat, amasſereſſe, aſſortiſſement, aſſupiſſe, aſſommereſſe, aſſoupiſſe, aſſourdiſſement, aſſouviſſement, baſſeſſe, baſſereſſe, ceſſasſiez, deſſaiſiſſement, deſpesſiſſement, doſſeraſſe, engrosſiſſement, eſpaisſiſſement, eſtroiſiſſement, graſſeſſe, groſſeſſe grosſiſſement, poſſeſſeur, poſſesſif, poſſesſion, poſſeſſoire, paſſepaſſe, ſausſiſſe.* 6. Non eſt finalis in voculis duarum litterarum. Exc. *as, es, os.*

Affirm. 1. Eſt geminata & finalis ſimul in unâ dictione. 2. Geminatam antecedit & ſequitur. 3. Eſt initialis & geminata. 4. Congeminatur cum *b. c. d, e g. l. m. n. p. r. s. t. u.*

T.

1. Non eſt in voculis duarum litterarum. Exc. *ta, te, tu, et.* 2. Non eſt initialis, ſecundâ & tertiâ eâdem. 3. Non eſt initialis in voculis trium litterarum. Exc. *tan, tas, tel, tes, tic, tie, til, ton, toy, tūe.* 4. Non eſt initialis ac finalis ſimul in voculis quatuor litterarum. Exc. *tant, teſt, toit, toſt, tout, tort, trot.* 5 Quinquies non occurrit in unâ voce. 6. Non eſt finalis in voculis trium litterarum. Exc. *ait, cet, but, eſt, lut, lit, met, mot, net, oit, pot, rat, ret, rit.* 7. Non bis geminatur in eâdem voce. Exc *gouterette.*

Affirm. 1. *T.* eſt antepenultima & ultima in vocabulis, e. gr. *petit, appetit, eſtat, apoſtat, attentat.* 2. Geminatur ſæpiùs ſequente ſimplici eâdem in *traitter.* 3. Geminatur præeunte ſeipsâ ſimplici. 4. Apoſtrophi capax eſt, *t'*, pro *te,* 5. Congeminatur

natur cum *b. c. e. f. l. m. n. p. r. s. u.* e.gr. *abbattre, affetté*, &c.

V.

1. NOn eſt in voculis duarum litterarum. Exc. *au, du, eu, nu, ou, ru, ſu, tu, un, va, uz* obſoletum. 2. Solum *u*, geminatur ab initio dictionis. Exc. *uage, uages.* 3. Non eſt initialis ſecundâ & tertiâ iiſdem. Exc. *vée, veeler.* 4. Non eſt initialis ac finalis in vocibus quadrilitteris. Exc. *veau, velu, venu, vetu, voeu.* 5. Non eſt initialis & tertia in voculis quatuor litterarum. Exc. *vaut, vaux, veve, veuf, veut, veux, vive, vove, vous.* 6. Non eſt finalis in voculis trium litterarum. Exc. *beu, bru, cru, deu, dru, eau, fou, fau, feu, glu, gru, hau, heu, jau, jeu, leu, meu, mou, peu, pou, reu, rhu, teu, veu.* 7. In quadrilitteris non eſt ſecunda & quarta. Exc. *aveu, cueu, queu.* 8. In voce quinque litterarum non occurrit ter. Exc. *voulu.*

AFFIRM. 1. Eſt initialis ac finalis. 2. Geminatur & ſimul eſt finalis, ut in *nouveau.* 3. Geminatur inter ſimiles, e.gr. *mauuais. fleuue, pouuoir.* 4. Eſſe poteſt antepenultima & ultima. 5. Quater occurrit. 6. Congeminatur cum *b. c. e. l. p s. t* e.gr. *abbreuuer, accouver*, &c.

X.

1. NOn eſt in voculis duarum litterarum. 2. Non eſt initialis in voculis trium, quatuorque litterarum, nec finalis. Exc. *aix, aux, eux, ſix, dix, aulx, baux, deux, doux, eaux, faix, faux, feux, flux, houx, jeux, linx, loix, maux, noix, paix, paux poix, poux, prix, roux, ſaux,* olim *ſaulx, toux, voix, yeux.* 3. Non occurrit

currit bis in eâdem voce. Exc. *flexueux, Artaxerxes, luxurieux, Xerxes.* 4. Non antecedit geminatam. 5. Non ſequitur geminatam.

Affirm. Finalis eſt. 2. Finalis eſt præcedente geminata *L. V.* e gr. in *lentilleux*, & *nouveaux*.

Y.

1. Non eſt in voculis duarum litterarum. Exc *ay, cy, dy, my, ny, yf.* 2. Non eſt initialis ſecundâ & tertiâ eâdem. Exc. *Yſſir, yſſu, yſſüe.* 3. Nec eſt initialis, nec media in voculis trium litterarum. Exc. *aye, lys, oye, tyn,* ſeu *tym, yſs, yve.* 4. Non eſt finalis in voculis trium litterarum. Exc. *amy, any,* ſeu *anis, bay, coy, cry, doy, fay, foy, gay, guy hay, hey, huy, jay, icy, lay, loy, luy, may, moy, muy, nay ouy, ply, ray, roy, ſoy, toy, vay, voy, uny.* 5. Non eſt bis in unâ voce, niſi ſit finalis. Exc. *yvraye, yvroye, noyeraye, ſynonyme.* 6. Non eſt in voculis quatuor litterarum initialis. Exc. *yvre, yeux, yver, yſſu.* 7. Non eſt finalis in voculis quatuor litterarum. Exc. *abry, aloy, beny, croy, demy, deny, envy, finy, geay, glay, gluy, gray, havy, joly, mary, midy, pery, poly puny, pouy, quay, quoy, remy ſamy, ſaly, ſcay, vray.* 8. Non eſt initialis & finalis.

Affirm. Τὸ *y.* ſolitariè ponitur in *il, y, a.* 2. Collocatur inter duas ſimiles in *begueyer, ayant.* 3. Finalis admittit ferè omnes conſonas geminatas, e. gr. *deſſy,* &c. item vocalem *V.* in *aſſouvy,* &c.

Z.

1. In voculis duarum litterarum non reperitur. Exc. *uz.* obſoletum pro *uſage.* 2. Non eſt in voculis trium litterarum initialis; Exc. *ozé.* 3. Non

eſt initialis, ſecundâ & tertiâ eâdem. 4. Non eſt ſecunda. Exc. *azur*, *ozeille*, *ozerage*, *ozier*, *oziere*, *ozimel*, ſeu *ozymel*. 5. Non eſt finalis in voculis trium litterarum. Exc. *dez*, *lez*, *loz*, obſol. *raz*, *rez*, *tez*, *viz*, ſeu *vis*. 6. In voculis quatuor litterarum non eſt finalis. Exc. *avez*, *chez*, *fiez*, *frez*, *grez*, *maiz*, *Metz*, *niez*, *prez*, *raiz*, *tuez*, *rſez*. 7. Non occurrit bis in voce. Exc. *zizanie*, *zizole*, *zizolin*, *zoubezine*. 8. Non antecedit geminatam.

AFFIRM. 1 *Z.* ſæpè claudit dictionem præſertim in verborum ſecundis perſonis pluralis numeri. 2, Non eſt initialis, in quibus eſt geminata. Exc. *zubelline*, ſeu *zibelline*, *zelee*. 3. Non eſt finalis præcedente immediatè geminata, niſi geminata illa ſit *E*, e.gr. in *ſeéz*,

TABELLA I. de Congeminatis.

Aa.	Geminatum antecedit ſequentes geminatas diverſas.	ll.
Ee.		ll.
Uu		ee. ll. ss. tt.
Bb.	Geminatæ antecedunt geminatas diverſas.	ee.ll. tt.uu. ſs.
Cc.		ſs.ll.ee.mm. tt.pp.uu.
Dd.		nn, ss.
Ff.		ſs.tt. nn.ll.
Gg.		ff.ſſ.ee.pp.
Ll.		ee.tt.nn.ſs.mm.
Mm.		ff.ll.ſſ. tt.ee.
Nn.		ll.tt.ee.ſs.rr.
Pp.		ee.ll.mm.nn.ſs.tt,uu.
Rr.		ee.nn. ſſ. tt.ll.
Ss.		ee.cc. ll.mm.nn. pp.rr.tt.uu.
Tt.		rr.ſs.pp.ll.ee.nn.

TABULA II. exhibens Contergeminatas.

Ll.	Congeminantur cum	nn. tt. *paellonnette.*
Mm.		ll. tt. *emmaillotte.*
Pp.		uu. ſſ. *appraunisſement.*
		ll. nn. *carrillonnerent.*
Rr.		mm. ll. *reſſommeiller.*
Ss.		mm. ſſ. *aſſommereſſe.*
		nn. ll. *buiſſonnaille.*
		uu. nn. *reſſouvienne.*
Tt.		cc. nn. *rattacconner.*

Nota: Geminata *E.* finalis habet prævias bigeminatas Tabellâ primâ ferè omnes contentas: e. gr, *abbaiſſeé, abbreuueé, addonneé, affectionnée, appellée,* &c.

Eſt et, quadrigeminata, nempè *appoiſſonneé.*

TABULA III. Litteras quæ geminatam habent præviam, ſequente eâdem ſimplici.

Cc.	c. in *accrocher.*
Ee.	e. ſæpius.
Gg.	g. in *aggreger.*
Ff.	f. in *effectifs.*
Ll.	l. in *infallible.*
Mm.	m. in *commedecment.*
Nn.	n. in *ordonnance.*
Pp.	p. in *appropriation.*
Rr.	r. in *terreſtre.*
Ss.	ſ. in *asſiſe.*

Tt. t. in *traittant*.
Uu. u. in *bouveau*.

Ergò excluduntur B. D.

TABULA IV. Exhibens litteras, quæ geminatam habent ſubſequentem præeunte eâdem ſimplici extrà initium.

E. ee. in *geleé*.
L. ll. in *colombelle*.
M. mm. in *impertinemment*.
N. nn. in *canonnier*.
R. rr. in *forclorre*.
S. ſſ. in *eſpouſſer*.
T. tt. in *entrefouetter*.
U. uu. in *guimauue*.

TABULA V. Continens geminatas inter ſimiles.

A. I. O. D. G. } Non geminantur inter ſimiles.

Geminantur verò.

E. inter duo *R. creer. S. fuſees*.
U. inter duo *A.* in *mauuais. O.* in *pouvoir. E.* in *fleuve*.
B. inter duo *A.* in *abbattre. I.* in *gibbier*.
C. inter duo *A. E. I. O.*
F. inter duo *A* in *affaire. E. effet. I. difficile. U. touffue*.

L.

L.	Geminantur.	inter *A.E.I.O.* in *allant, eſchelle, illiquide, colloque.*
M.		inter duo *A.* in *ammaigrir. E. diligemment. I. immiſericorde. O. accommodement.*
N.	Geminantur inter ſimiles.	inter duo *A.E.O.* in *annales, celles, connoitre.*
P.		inter duo *A. appaiſer. I. frippier. O. opportunitè. V. ſupputation.*
R.		inter duo *A. arrange. E. terre. I. irriter. O. corrompre. V. bourru.*
S.		inter duo *A.* in *vaſſal. E.* in *meſſe. I. misſif. O. coſſon. V.* in *hauſſure.*
T.		inter duo *A.* in *battant. E.* in *mettent. O. cottouer.*

Vſus Tabellarum.

Uſus Tabulæ Primæ eſt:

Si congeminatæ ſint in aliqua Scriptura, e. gr. in exemplo ſecundo Gallico 44xx. in vocabulo decimo quarto, disjunctivè oſtendere, quæ illæ geminatæ ſint.

Uſus Secundæ Tabulæ rarior eſt.

Uſus Tabulæ Tertiæ.

Eſt creberrimus. Oſtendit enim hæc Tabula, quam litteram disjunctivè ſignificet, character ѫѫ-ѫ. in 8γ7ѫѫ4ѫ. ζζ. ζ. in γζζγz Ϧ4ζ. exemplo primo.

Tabula Quarta.

Indicat, quam litteram char. χ. in vocabulo nonageſimo tertio exempli ſecundi in 6♃6χ09χχ2 ♄. repræſentare poſſit.

Tabula Quinta.

Monſtrat, quam litteram geminatus character Mercurii ☿☿ in 2☿☿2μ. Idem μμ.in ♂2μμ2. Idem ϖϖ. in 6♀2ϖϖ2 ♄. vocabulis exemplo Gallico ſecundo comprehenſis. Item quem characterem 11. in ηγ11γ64η. 88. in 2147887ζ. exemplo primo contenta notare valeant indicat eadem Tabula.

Exemplum Gallicum Primum.

η7. 84η. 0741χ. θ. γ1♓74*θ. 0♓**4. 1*. 2♓ζδη. δζ♓δ♓ζθ7♓**4. γ. θ♓*. γ☿97θ7♓*. θ♓1θ. 8. 1*714ζη. η4ζ♓7θ. θζ♓δ. δ4θ7θ. δ♓1ζ. θ♓λ. 0. 1*4. ☿γ7*. θ1. θ♓12♄4ζ♓7η. 8. ♓ζ74*θ. 4θ. 04. 8. γ1θζ4. 8. ♓22704*θ. 4θ. *♓*. 2♓*θ4*θ. 04 248γ. θ1. 1♓10ζ♓7η. η17ηζ4. 84. η♓8478. 4θ. η2γ1♓7ζ. ♓1. 78. η4. 2γ2♄4. θ1. θ48. ε14. θ1. 4η. θ1. *4 8γ7ηη4η. δγη. 0. γηδ7ζ4ζ. ♓1. θ1. *4. η2γ1ζ♓7η. γθθ47*0ζ4. 04. 8. 41ζ♓δ4. θ1. δγηη4η. 0γ*η. 8. γη74. 4θ. 04. 8. γη74. θ1. ζ4δγηη4η. δγ*η. 8. 41ζ♓δφ. 4θ. ε1γ*0. θ1. γ1ζγη. η1971614. θ♓1θ. 84. 64*ζ4. ♄1☿γ7*. θ1. 54ζγη. 8γ. 614ζζ4. γ1χ ζ7174ζ4η. γ1χ. 5♓ζ4ηθη. 4θ. γ1χ. 94ηθ 4η. ηγ11γ64η. *4. η2γ7η. θ1. δγη. ε14. 84η. 6ζγ*0η.

6ζγ*oη γζ9ζ4η. ηꭓ*θ. 8ꭓ*6. θ4☿δη. γ.
2ζꭓ7ηθζ4.4θ ε1.78. *4. 5γ1θ. ε1. 1*4. ƀ41ζ4.
δꭓ1ζ. 84η. γζζγ2ƀ4ζ. 2. 4ηθ. 1*4. 5ꭓ874.
O. 4*. δ4*η4ζ. 214788:7ζ. 84. 5ζ17θ. 4θ. *.
4*. 2ꭓ*η7O4ζ4ζ. δγη. 8γ. ƀγ1θ41ζ. 4θ.
δζ4*η.6γζO4. ε1.4*.1ꭓ18γ*θ. ☿ꭓ*θ4ζ. 71ηε1.
γ. 8γ. 27☿4. θ1. *4. θꭓ☿94η. γ142. 84η.
9ζγ*2ƀ4η. ꭓ1.θ1. θ4.η4ζγη. δζ7η.

De Scripturâ hâc tranſmiſsâ, quæ disjunctivè vel Latina, vel Germanica, vel Gallica, vel Italica ſit, quæritur, quodnam determinatum idioma his ſub characteribus lateat? Reſp. Gallicum. Idque probo ſeqq. rationibus. Latina non eſt: *Primò*, quia ſex ſolitariè poſiti characteres conſpiciuntur, nempè *θ.γ.*8.o *.2. Contrà in Latinâ Linguâ tantùm ſunt quatuor *a.e.i.o.* quæ ratio ſufficiens eſt. Multò minus eſt Italica, partim ob ſolitariè poſitorum characterum numerum, qui apud Italos non aſcendit ſuprà Senarium, partim ob multitudinem finalium quindecim diſtinctarum. Minimè omnium hæc Scriptura eſt Germanica; quia Germani unam tantum habent ſolitariè poſitam, nempè interjectionem: *O*. Ergò erit Gallica, tùm propter ſufficientem partium enumerationem, tùm quia Regulæ Linguæ Gallicæ non repugnant. Sed excipiet Gallus, facilè ſe credere poſſe Scripturam dignoſci Gallicam, ſi ſolitariè illi characteres ponantur, quid, ſi Articuli connectantur cum ſuis ſubſtantivis, vel adjectivis, vel aliis particulis, quod hodiè fiat? Cui reſpondeo: Poſſe nihilominus ſcripturam unam ab aliâ dignoſci, ſed methodo, quæ amu-

latur Regulam falſi Arithmeticis notam, ut ſuprà
diximus, Fingatur Scriptura Latina, aſſuman-
turque Regulæ Latinæ Linguæ adque eas exigatur
ſcriptum abſconditum, prorſus ut ſi eſſet Latinum,
tùm exſcribo primo omnes characteres:

η. 7. 8. 4. 0. 1. ϰ. θ. γ. X. *. δ. ζ. 9. 2. 5. 6.
♄. ☿. ι. λ.

Sunt numero viginti unus. Ex quo concludo
omnes Alphabeti litteras, præter unam ineſſe
ſcripto. Illa autem eſt ſolum *Q.* quod, eſto hoc
ſcriptum eſſe Latinum, prout ſupponimus, per nul-
lum characterem repræſentari poteſt; tùm quia
characteres poſiti habent diverſos ſubſequentes cha-
racteres, nimirùm η. 7. 8. 4. 0. 1. &c., tùm quia
ſunt finales; tùm quia penultimi; tùm quia ulti-
mi, quæ ſedes poſitusque τοῦ *Q.* Latinorum repugnat.
vid. Reg. τοῦ *Q.* Latinæ Linguæ Jam infero:
Scriptura hæc propoſita continet unum & viginti
characteres diverſos. Ergò neceſſariò continebi-
tur *y* exploſo τοῦ *Q* Sed nec τὸ *y.* eſſe in hâc ſcri-
pturâ per characterem ullum repræſentatum, pro-
bo: partim, quia characteres ſuprà poſiti ſunt ini-
tiales, nempè η. 7. 8. 4. 0. 1. θ. X. γ. *. δ. ζ 9. 2. 5. 6.
ζ. ☿. ι. Si initiales, non repræſentabunt *y.* quia ſe-
cundùm primam τοῦ *y.* Reg. τὸ *y.* non eſt initiale; par-
tim, quia ſunt finales, ut ϰ. *. 4. 7. ζ 8. & λ. atque ob
hanc cauſam iterum non queunt ſuſtinere vicem
τοῦ *y.* Jam argumentor: In quacunque ſcriptura
occurrunt viginti unus characteres diſtincti, ut ta-
men ex iſtis characteribus nullus ſit *y.* & *Q.* illa ſcri-
ptura non eſt latina. Atqui in hâc. Ergò. Ra-
tio majoris conſequentiæ eſt, quia Latini tantùm
habent

habent 22. diſtinctos characteres. Jam ſi 21. ſunt in ſcripto, omnes litteræ præter unam ſcripto contineri neceſſe eſt. Si demonſtretur contrarium, duas non ineſſe nec *y.* nec *z.* non erit Latina. Sed inſtabit rurſus Gallicæ Linguæ gnarus, rarò id fieri, ut omnes characteres occurrant, ſi ſedecim, ſeptendecim, plures paucioreſque ſcripto contineantur, quid tùm facto ſit opus? Tùm verò ego ajo ſupponendum eſſe, quòd ſcriptura complectatur Idioma Latinum, exigendaque ad Regulas Latinæ Linguæ, prorſus quaſi eſſet Latina, ut ſuprà modò diximus. Itaque omnes bilitteræ voces, trilitteræ exſcribendæ, & Ratiocinium formandum ad Regulas Latinæ Linguæ.

Bilitteræ:

n7. 1*. θ1. 4θ. 04. θ4. 84. ✂1. 78. n4. 4n. *4.
δγ. s1. 4*.

Trilitteræ:

84n. θ✂*. θ✂λ 1*4 *✂*. θ48. s14. δγn. γ1x. 4nθ.

Ex his characteribus aſſumo characterem 4. quæritur, ſi hæc ſcriptura latina ſit, quam poteſtatem habeat, quamque litteram repræſentet character 4. Reſp. Ex conſonantibus non eſſe *B.C.F.G.L.P.Q X. Y. Z.* quia hæ litteræ in nullâ latinâ voculâ duarum litterarum ſunt initiales, ut alias rationes prætercam. Non *D.* ob multas Rationes: *Primò*, quia character 4. ſæpius eſt finalis in voculis pluriùm quàm octo litterarum vocabulo nono. *Secundò*, quia in voculis bilitteris *4. θ4. n4. terminat dictionem. Non eſt *H.* quia *H.* non eſt finalis, ut hîc τὸ 4. vid. Reg. *H.* ultimam. Non eſt *M.* quia 4θ. 4n. 4*. ſignificarent vel *ma*, vel *me*, vel *mi*, vel *mo*,

vel *mu*. Ex quibus nullum habere poteſt locum præter τὸ *me*, & *mi*. Si hoc, quid fiet de τῷ 4*. quod æquè incipit à τῷ 4. Dein τὸ 4. nequit eſſe *M*. quia τὸ *M*. non eſt finalis in voculis duarum litterarum, ut hîc fit ſæpius in ᵑ4. ᶿ4. o4. &c. Non *N*. ob voculas o4. ᶿ4. 84. ᵑ4. *4. Si τὸ 4. eſt *N*. ſequitur has voculas debere terminari *an*, *en*, *in*, *on*, & *un*. duo poſteriora latinis ſunt inuſitata. Cùm ergò tres tantùm ſint voculæ Latinis in *N*. deſinentes, & τὸ 4. quinquies ſit finalis, ſequitur τὸ 4. non eſſe *N*. Dein probari poteſt ex vocabulo ſexto: Si τὸ 4. eſt *N*. tunc τὸ *N*. eſt finalis præcedente immediatè geminatâ, quod apud Latinos non fit. Neque eſt *R*. quia τὸ *R*. in nullo vocabulo latino duarum litterarum eſt initiale, exc. *Re*. neque terminat, exc. *ir*. Ex quo relinquitur, characterem 4. utpotè ſæpius initialem & finalem in dictionibus bilitteris ſuprà collocatis non repræſentare *R*. Neque character 4. eſt *S*. quia τὸ 4. quinquies dictionem bilitteram claudit, o4. ᶿ4. 84. ᵑ4. *4. ut conſequenter voculæ emergerent, *as*, *es*, *is*, *os*, *us*, quatuor priora aliquid ſignificant, ultimum verò eſt illatinum. Unde infero τὸ 4. non eſſe *S*. Neque *T*. ob eandem rationem, *at*, *et*, *it*, *ut*, latina ſunt vocabula, præter hæc nullum aliud. Ergò expunctæ ſunt omnes Conſonantes.

Tranſeo jam ad vocales *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, *y*. atque inquiro quanam illarum ſignificetur per characterem 4. Ajoque τὸ 4. non eſſe *a*. ob voculas quinque o4. ᶿ4. 84. ᵑ4. *4 Si τὸ 4. eſt *a*. tunc voculæ emergunt ſequentes, deſinentes in *a*. *da*, *na*, Imperativus à *No*, ſchwimmen / *ea*. Ergò tantùm tres deſinentes in *a*. oriuntur, cùm deberent eſſe quinque juxta nume-

rum vocularum. Neque character 4. repræſentat vocalem *ı*. Latini namque ſequentia tantùm habent *Eı, Mı, Nı, Sı, Tı.* Dativus pro *Tibi, Vı.* numero ſex. De quibus quæritur an denotentur per voculas 04. θ4. 84. *n*4. *4. Reſpondeo: Non. Atqui inquis ſex eſſe Latinis in *ı* terminata. Contra, contendo τὸ θ4. quod inverſo litterarum ordine legitur 4θ. non notare *Eı, Mı, Vı*, cum hæc reciprocè non pariant voculam latinam, *ıe, ım, ıu*. Inſtas ſupereſſe *Nı, Tı, Sı*, inverſas *ın, ıt, ıs*, ex quibus una repræſentari poſſit per 4θ. θ4. *n*4. & 4*n*. Contrà: Character θ. nequit ſuſtinere vicem Conſonantium Latinarum *N. S T.* quia ſolus ponitur in ſcripto. Urges: Vocalem *E.* collocari ſolam apud Latinos. At ajo, quanquam hoc verum ſit, tamen characteres θ4. non notare *eı*, quia retrorſum non legitur *ıe*, quæ ratio ſufficit. Ulterius: Character 4. non eſt *O.* quia Latini quidem habent voculas deſinentes in *O.* e. gr. *do, eo, no, jo.* Verùm hic excluſas, quòd non retrorſum legi poſſit, *od, oe, on, oı.* Neque character 4. eſt *V.* latinum: Quippe terminatum tantùm in *Tu*; cùm quinquies hoc in ſcripto τὸ 4. dictiunculas claudat. Minimè omnium character 4. eſt *y.* latinum, vel ob ſolam rationem, quòd ſit initialis in 4θ. cœteras brevitatis gratiâ taceo. Supereſt *E.* Vocalis Latina, de quâ quæritur, an per characterem 4. denotetur in voculâ θ4. & conſequenter ſonet, *de, me, ne, re, ſe, te.* Reſpondeo: Nequaquam; quia character θ. ſolitariè collocatus lineâ primâ non valet latinum *d, m, n, r, s, t.* quippe quæ Conſonantes apud Latinos, non ponuntur ſolæ, ut apud Gallos. Ergò character 4. (ea enim oritur concluſio ex ſufficienti partium remotione,) nec eſt Conſona

Latina;

Latina , nec Vocalis , & conſequenter ſcriptura exhibita non eſt Latino concepta Idiomate. Quanquam verò hoc ſatis eſſet, tamen, ut confirmatior evadam, adjungo voculis biliteris ſupra collocatis quadrilitteras dictiones, nec non, quæ vel geminatam habent, vel characteres eosdem ſæpiùs repetunt , quales ſunt 8γ7ηη4η. item *ꭗ*. aliaque ejusmodi. Hæc enim vocabula egregium affundunt lumen Ratiocinium inſtituenti. Igitur characteres tantùm àliquot aſſumo & formo de iis ratiocinium, primoque omnium finales, η.θ.4.7.×. δ.ζ. 1. γ. 8. ὸ. 6. 2. *. λ. exſcribo. Omnes enim omninò litteras vel characteres examinare laboris eſt magni. Sufficit unicum determinatè characterem inveniſſe vel duos, quippe catenâ quaſi reliqui trahuntur. Unde pergo & dico: Characterem η. ſecundùm Regulas Linguæ Latinæ examinatum non eſſe *F. G. P. Q. Z* quia hæ litteræ abſolutè non ſunt finales , vid. Regulas cujusque litteræ. Non *B. C. L. X.* quia hæ litteræ non ſunt initiales in voculis duarum litterarum, ut hic eſt τὸ η. in primâ epiſtolæ voculâ. Non *D.* quia *D.* non eſt finalis niſi in paucis regulâ ultimâ τᾶ D. exceptis, quorum nullum quadrat vocabulo Num. 57. ubi character η. finalis eſt, & geminatus. Item: Vocab. Num. 40. aliisque quod accuratè intuenti numerum, ſitum, ordinemque characterum clarum erit. Alias rationes jam prætereò, quæ τὸ η excludunt ab officio ſignificandi τὸ *D.* quod notetur velim à Lectore, quandoque quinque ſex, quin plures rationes, regulasque applicari poſſe ad removendum characterem, conjungique tantùm à nobis quinque, ſex, pluresque characteres compendii gratiâ propter eandem

dem Regulam communem. E. gr. hîc conjunguntur *F. G. P. Q. Z* quia quinque hæ litteræ abſolutè non ſunt finales, cùm multis rationibus demonſtrari poſſet τὸ ɲ. non eſſe *P*. non tantùm, quia τὸ *P*. non eſt finale, ſed etiam ob alias rationes, nempe, quia *P*. non eſt in voculis duarum litterarum. Sed ad rem redeo, affirmoque τὸ ɲ. non eſſe *H*. tùm quia τὸ *H*. non geminatur, quod hîc in τῷ ɲ. fit; tùm quia τὸ *H*. non eſt finalis in vocabulo quinque litterarum. Non *M*. ex collatione vocularum ɲ7. ɲ4. 4ɲ. Si character ɲ. denotat *M*. tunc *M*. eſt finalis in voculâ duarum litterarum, vid. Regulas Latinas. Non *N*. tùm quia τὸ *N*. non eſt geminatum, & finale juxta Regulam nonam τῦ *N*. quod hîc in τῷ ɲ. in vocabulis Num. 57. & Num. 70. cernere eſt; tùm quia τὸ *N*. non eſt initiale ac finale, juxta Regulam ſextam litteræ *N*. quam ſecundùm characterem ɲ. nequaquam eſſe poteſt *N*. Neque eſſe *R*. oſtendo ex vocula ɲ7. Si ɲ. eſt *R*. vocula ɲ7. erit *re*, & ɲ4. etiam ſignificabit *re*. quod abſurdum eſſe conſtat, quia diſtincti adſunt characteres. Ita exploduntur omnes conſonantes præter *S*. & *T*. Ex Vocalibus τὸ ɲ non poteſt repræſentare *A*. quia τὸ *A*. non geminatur, ut hic character ɲ. paſſim. Non *O*. idque per quartam Regulam τῦ *O* quæ ita ſonat: *Si geminatur eſt ſecunda aut penultima littera.* Subſumo: Character ɲ geminatur in epiſtolâ in vocabulis Num. 79. & Num. 57. &c. Ergò non eſt *O*. Neque tandem eſt *u*. ex collatione vocularum ɲ7. & ɲ4. 4ɲ. Si τὸ ɲ. eſt *u*. tunc vocula ɲ7. ſignificat vel *ut*, vel *vi*. Si *ut*, tunc τὸ ɲ4. ſignificabit *vi*, & 4ɲ. *ju*. quod abſurdum eſt vocabulum. Ergò ɲ7. erit *vi*, & ɲ4. *ut*, & 4ɲ. *iu*. Verùm neque hæc vocabula appli-

applicari poſſunt, quia ſi τὸ 4. eſt littera *T.* ſequetur quinque eſſe vocabula latinis bilittera deſinentia in *T.* nempè, *at, et, it, ot, ut*, cùm quatuor tantùm ſint, nempe, *at, et, it, ut*, & conſequenter 04. θ4. η4. 84. *4. Si τὸ 4. eſt *T.* quinque diverſæ voculæ in *T.* deſinentes prodirent, relinquitur ergò: quod character η. ex conſonantibus ſuſtinere vicem poſſit: disjunctivè vel *T.* vel *S.* Ex Vocalibus *E. I.* ut emergat vel *TE*, vel *SE*, vel *SI.* Littera *Y.* excluditur ob multas rationes, quas vide ſub *y.* à charactere hoc, nempe 4. transgredior ad θ. finalem characterem itidem, affirmoque juxta Regulas Latinæ Linguæ, quòd non ſit *b. c. f. g. l. p. q. x. y. z.* quia hæ litteræ non ſunt initiales in voculis duarum litterarum. Non *D.* quia *D.* non eſt initialis ac finalis in vocabulis Latinis, vid. Reg. τῦ *D.* ultimam. Neque *H.* quia in quadrilittero τὸ *H.* non eſt finalis, ut hîc τὸ θ. eſt in vocula Num. 88. Excipis: *Proh!* quadrilitterum. Reſp. Iſtud non quadrare, quia in *proh*, prima & ultima non ſunt ſimiles, ut in θ※1θ. Non eſt *M.* quia *M.* non eſt finalis in voculâ bilitterâ, ut eſt τὸ θ. in 4θ voculâ Num. 28. Non *N.* quia τὸ *N.* non eſt initialis ac finalis in vocabulo quadrilittero, ut hic fit in vocula 88. Numero. Excipis *neon.* quadrilitteram, quæ poſſit ſignificari per θ※1θ. Reſpondeo: Neutiquam. Quia τὸ 1. character nequit repræſentare *O.* litteram, idque ob vocabulum Num. 103. in quo character 1. geminatur, loco inſolito vide Regulam τῦ *O.* quartam. Neque eſt *R.* cùm quia *R* non eſt in voculâ duarum litt. finalis, ut eſt τὸ θ. in 4θ. Exc. τὸ 4θ. ſignificare voc. *IR.* Sed contrà: Si τὸ 4θ. eſt *IR.* tunc τὸ θ4. eſt *RI.* quod abſurdum. Neque τὸ θ. ſignificaret litteram

ram *T.* quia *T.* non eſt initialis & finalis ſimul in voculis quadrilitteris. Ex Vocalibus non eſt *O.* quia conſequeretur τὸ θ1. θ4. ſignificare alterutrum *ob*, vel *os*. Sed neutrum denotari poteſt, non prius *ob*, idque eò, quia neque τὸ 1: neque τὸ 4. poteſt eſſe *B.* quia utrumque characterem 1. & 4. paſſim finalem eſſe perlegenti ſcripturam patebit. Non poſterius, nempe *os*, quia non dicitur *ſo*. dicendum ſi τὸ θ4. eſt *os*, in 4θ. Non *u*. quia aliàs ſequeretur τὸ 4θ. ſignificare *Tu*, & τὸ 4. eſſe *T.* quod repugnare docuimus ſuprà. Ergò relinquitur ex Conſonantibus *S.* præciſo θ. ſolitariè poſito. Ex Vocalibus *A. E. I.* brevibus. Quia character θ. ſolitarius eſt, concludi primo intuitu poteſt eſſe vel *a. e. i. o.* Ex quibus ultimum nimirùm τὸ *O.* eliminatur inſtituta collatione vocularum & attentione Regularum, vid. ſuprà. . Imò & τὸ *A.* littera per collationem vocularum, 4θ. θ4. θ1. 04. *η*4. 4*η*. 4*. *4. expungitur. Sit character θ littera *A.* vocula 4θ. terminabitur disjunctivè in *da*, *ea*, *na*. Media vocula, nempe *ea*, exploditur ob voculam θ4. quæ valeret *ae*. reciproca lectione eaque abſurdâ. Prima vocula non minùs elidirur, quia character 4. quem *D.* eſſe ſuppono, paſſim eſt finalis, inſpice ſcripturam. Excipis: Supereſſe *na*, à *no*, vel *nato*, quod ſcriptum retrò parturiat voculam *an*. Reſp. Et hanc voculam excludi, quia 4. nequit eſſe *N.* utpote quinque voculas diverſas in propoſito ſcripto claudens. Evicto characterem θ. ſolitariè poſitum eſſe vi ratiocinii, vel *E.* vel *I.* τὸ θ4. disjunctivè ſignificabit vel *E.* in voculis *en*, *es*, *et*, & reciprocum 4θ. neceſſariò *ne*, *ſe*, *te*. Si *i.* tunc orientur voculæ ſequentes, *in*, *is*, *it*, retro lectæ, *ni*, *ſi*, *ti*. Cœterùm τὸ θ4. non notat *en*,

cùm

tùm quia character 4. quinquies vocalis eſt. Quæ ſtatio τῷ *N.* Latino repugnat, tùm quia vocula Num. 129. obſtat, in quâ τὸ 4. & θ. mediâ nondum cognita, videntur. Si θ. valet *E.* & 4. litteram *N.* vocula 4νθ. habebit à fronte *n* à calce vocalem *E.* Mediam vocalem, cùm initialem *N.* non ſequatur Conſonans. Sed nec *a*, nec *i*, nec, *o*, nec *u*, quia non ſunt Latina: *nae*, *nie*, *noe*, *nue*, objicis utique ultimum, nempe τὸ *nue.* eſſe Imperativum verbi Nuo, Wincken. At ego ajo Imperativum hunc rejici ob voculam 4ν. ſignificaturam *Nu.* barbaram Latinis voculam. Par ratio excludit τὸ θ4. à ſignificatu *es*, ſequeretur enim voculam 4νθ. deſituram in *ſae*, *ſie*, *ſoe*, *ſue*, *ſye*, inuſitatas. Excipis: Dici Latinis *ſpe.* Reſpondeo: Et hoc excludi tùm per voculam 4ν. quæ eſſet *ſp.* vocula ineffabilis, tùm quia character ν. ſæpiſſimè dictionem terminat, ideoque Latinum *P.* denotare incapax eſt. Supereſt *et*, quod & ipſum eliminatur ob voculam 4νθ quia ederetur vocula, *tae*, *tie*, *toe*, *tue*, *tye*, barbara. Conſonæ pariter excluduntur, & ſic relinquitur: Characteres θ4 valere, nec *en*, nec *es*, nec *et*. Itaque tranſeo ad vocalem *i*, quam character θ. quoque repræſentare vi ratiocinii valet, ut applicentur voculæ, *ni*, *ſi*, *ti*. Verum nullum quadrat. Non *in*, cujus inverſa eſt *ni*, pro *niſi*, ob voculæ 4νθ. faciem, quippe edituræ in lucem voculas, *nai*, *nei*, *noi*, *nui*, barbaras, præter ultimam *Nui*, Perfectum à *Nuo*, rejiciendum tamen, quia vocula 4ν. valeret *nu*, & ν4. *un*, ignota verba, neque applicari poteſt τὸ *is*, cum vocula 4νθ. denotaret, *ſai*, *ſei*, *ſoi*, *ſui*, exploſæ tamen cùm ſint barbaræ. Supereſt denique *it*, de quo quæritur, an per characteres θ4. denotari queat?

Reſpon-

Reſpondeo: Non; quod ex præmiſſo examine & inſtitutâ collatione *θ*4. *θ*1. 4*θ*. 4*χ*. 4*nθ*. patebit. Si τò *θ*4. valet *st*, vocula 4*θ*. ſignificabit *Ts*, vocula 4*nθ*. *tui*, alias enim ſcilicet *tai*, *tei*, *toi*, barbaries excludit. Sed nec tui quidem hîc loci locum habet ex collatione voculæ 84*n*. Num. 126. &c. namque ſi 4*n*. in 4*nθ*. ſignificat *Tu*, vocula 84*n*. terminabitur in 84*n*. *tu*, primâ incognitâ: quæ verò nec eſt vocalis, nec conſonans, cum nulla præfixa generaret latinam voculam. Igitur relinquitur tandem, characterem *θ*. eſſe nec vocalem nec conſonam, & quidem hoc argumento. Si character *θ*. eſt disjunctivè vel *E*, vel *I*, ſequitur voculam *θ*4. valere disjunctivè *en*, *es*, *et*, *in*, *is*, *it*. ſed poſterius eſt abſurdum. Ergò & prius. Et τò *θ* nullam ſignificat latinam litteram. Ergò hæc ſcriptura non eſt latina. Quod, cùm conſtet, jam ad evolutionem ſcripturæ accedimus. Ubi nobis duæ occurrunt viæ. Altera τὸ *Q*. inveſtigat, *T*. latet extra controverſiam in exemplo reſolvendo. Altera de ſingulis characteribus judicium format. Priorem viam ego incedo, aſſumendo omnes characteres & applicando Regulas Gallicas τȣ̃ *Q*. hoc modo: Characteres

n. 7. *θ*. 8. 4. o. 1. *γ*. ♓. *. *δ*. *ζ*. 9. 2. 5. 6. ☿. ♄.

non poſſunt repræſentare *Q*. litteram; partim, quia præfixos hos characteres diverſi ſequuntur characteres, quod τȣ̃ *Q*. & Latinorum & Gallorum repugnat extra finem dictionis collocato; tùm quia quidam ex his, ut *n*. *ζ*. *. 2. *θ*. 1. 8. geminantur, quod *Q*. Gallicum non facit juxta Regulam tertiam τȣ̃ *Q*. tùm quia nonnulli in voculis duarum litterarum ſunt finales, nempe 7, *. 1. *θ*. 4. 8. *n* *γ*. quod itidem

τῷ *Q.* Gallico repugnat, juxta primam Regulam: *Q. in voculis duarum litterarum non eſt.* Exc. *qu'*. ἀποστραφθὲν, tùm quia aliqui bis occurrunt in una voce, quod itidem adverſatur τῷ *Q.* &c. τὸ κ. non eſt *Q.* quia eſt finalis in voce quinque litterarum, quod *Q.* repugnat ſecundùm Regulam ſextam. Neque character λ quia eſt finalis in voculâ Num. 20. vocula trilittera, nempe θXλ. Exc. τὸ θXλ. poſſe ſignificare *coq.* exceptionem Regulæ ſubjunctam. Reſp. non repræſentari per θXλ voculam *coq.* quia τὸ θ. non eſt *c.* ſiquidem juxta Reg. τῦ *c.* primam: *C. non eſt finalis in voculis duarum litterarum, ſed initialis tantùm*, ut exceptiones docent. Atqui hac inſcriptura τὸ θ. dictiunculam ſeptuageſimam quartam terminat in 4θ. Ergò non eſt *c.* Reſtat ultimatò τὸ ι. vocalis Græca; Hæc neceſſariò erit *Q.* ex ὑποθέσει, ineſſe exhibito ſcripto τὴν *Q.* id quod ſuprà evictum: Jam annoto & exſcribo voculas, in quibus continetur τὸ ι nimirùm: ι14. ι1. ι1γ*o. 7ιηι1. Dicoque, ſi τὸ ι. eſt *q.* duo characteres ι1. ſignificabunt *qu'.* per apoſtrophum abbreviatum. Quique ſequuntur immediato nexu neceſſariò vocales erunt, eritque τὸ γ. vocalis, & τὸ 4. & τὸ 7. & τὸ 1. Quia hi characteres apoſtrophatum *qu'*. ſequuntur, vocabulo putà ſcripturæ oblatæ 118. quod ſequitur character 7. vocul. 122. Num. quod ſequitur 1. vocul. Num. 148. ubi ſequitur τὸ 4. vocul. 152. Num. quam ſequitur τὸ γ. Habeo igitur quatuor vocales. τὸ 1. eſt *u.* γ. 7. 4. quales ſint determinatè, adhuc me latet.

Deinde attendo ſolitariè poſitos characteres nimirùm: θ. 8. 2. o. *. qui vel vocales vel conſonantes apoſtrophi capaces, e. gr. *c. d. l. m. n. s. t*, repræ-

ſenta-

ſentabunt. Eos noto ſeorſim in chartâ peculiari. Porrò invento jam τῷ *x*. ſeligo voculas illas, in quibus cernitur τὸ *x*. vel character 1. quales ſunt 1*. 61. X 1. item voculam 114. cujus ultima 4. neceſſariò erit vel *E*. vel *I*. & conſequenter vox *que*, vel *qui*. *Quo* relicto aſſumo τὸ 1*. cujus primus character eſt *x*. ultimus *. eſt vel conſonans, vel vocalis. Si vocalis, tunc prodibit vox *va*, *ve*, *vi*, *vo*, tres poſteriores Gallis ſunt inauditæ; Prior uſitata quidem deſcendens à verbo *aller*, ire, *il va*, *it*. Cœterum huic loco haudquaquam applicabilis, cùm propter voculam Num. 123. puta 1*4. cujus prima 1. eſt *x*. ſecunda *. ex ſuppoſitione *A*. τὸ 4. quia ſequitur litteram *Q*. ut ſuprà viſum eſt vocalis. Nec verò *e*. nec *i*. nec *o*. quia non dicitur *vae*, *vai*, *vao*, non *y*. quia τὸ 4. nequit denotare *y*. *vay*. propter voculam 104. Num. *4. ſcil. ſi ergò nulla vocalis eſt τὸ *. erit utique conſonans, & quidem talis, quæ Apoſtrophum admittit, nempe disjunctivè *c d. l m. n s. t*. ex quibus ſolum *N*. quadrat, cùm inaudita Gallico idiomati ſint *ud*, *uc*, *ul*, *um*, *us*, *ut*. Ita inveni τὸ *. *N*. Pergo dein & inquiro collatione τῶν 1*4. & *4. inſtitutâ, quid notetur per 4. character 1. eſt *x*. τὸ *. eſt *N*. τὸ 4. eſt, (videſis ſuperius,) vocalis neceſſariò. Non *a*. tùm quia Galli non dicunt *una*, & ſi dicerent vocula Num. 104. repugnaret, efferenda per *Na*. Non *i*. ut diceretur *uni*, ob voculam 149. Num. quæ ſonaret *in*, Gallis incognitam. Non *O*. ut vox eſſet *uno*, quia hæc Gallis abſurda, non *uny*, à τῷ unir. deſcendens, quia alias vocula 4*. in *yn*. deſineret. Ergò relinquitur vocalis *E*. ortumque *une*, voculas 104. Num. *ne*, *et*, *en*, voculam 149. numero dependentes aperiens. De-

hinc confero me ad *✂*. cujus prima & ultima eſt *N.* intermedia neceſſariò vocalis. Non verò *E.* tùm quia litteram illam jam habeo ; tùm quia emergeret vox inſolens *nen* , ex qua ratione non poteſt ſignificare *nan*, *nin*, *nun*. Itaque relinquitur: τὸ *o.* emergente voce *Non*, vocula 35. Num. ex hâc *ou.* vocula 61. Num. per characteres ✂1. deſignata. Progredior ulterius accedoque ad voculam θ✂1θ. collatam cum θ1. 4θ. θ4. θ✂*. inquiroque, quid character θ. ſignificet. Character 1. eſt *u.* Ergò deſinet τὸ θ1. in *u.* præcedens nempe τὸ θ. eſt vel vocalis vel conſona. Ex Vocalibus non eſt *e*, ut ſit *eu*, quippe *e.* jam inveni. Non *o.* ob eandem rationem. Non *y.* quia inſolita prodiret vox *ey.* Ergò a. ut ſit *au.* Sed nec hæc quadrat: quia alias vocula θ4. ſi τὸ θ. eſſet *a.* efficeret dictiunculam barbaram *ae.* Ergò relinquitur conſonans, & quidem talis, quæ apoſtrophi capax ſit: quia τὸ θ. ſolitariè ponitur , neque tamen vocalis eſt. Ex Conſonantibus ergò erit *c. d. l. m. s. t.* *N.* jam habeo, τὸ *c. l. m.* expunguntur, tùm quia non dicitur Gallis, *cu*, *lu*, *mu.* Excipis: Dici *du.* Reſp. Nec hoc applicari poſſe ob voculam θ*1θ. quæ efficeret vocem *doud.* abſurdam, ſicut & hæ eſſent, ſi *c l. m.* præfigerentur. *Su*, eliminatur, quia nimis ſæpè θ1. occurrit, præterea collatione inſtitutâ à poſteriori oſtendi poteſt, non ſignificare θ1. *ſu.* Itaque inveni τὸ *T.* & voculas *tu*, *te*, *et*, *ton*, &c. quæ notandæ & inſcribendæ Epiſtolæ charactereſque cogniti ſeorſim notandi, delendique modo ſuprà clarè oſtenſo. Invento τῷ *T.* accingor ad voculam 4nθ. Num. 129. collatam cum voculâ Num. 112. n✂*θ. tres poſteriores

riores characteres deſinunt in *-ont*, quæritur, quæ ſit prima, ſcil. τὸ *n* Reſpondeo: Ex Vocalibus non *E.* non *O.* non *V.* quippe jam detectas. Ergò vel *a.* vel *i.* vel *y.* Sed nec harum ulla, cùm non dicatur *aont*, *iont*, *yont*. Ex Conſonantibus nulla eſt præter *S.* ut ſit *ſont*, quia, quæcunque præponatur, inſuetam edit vocem: Excipis, dici, *dont*, *mont* *font*, *pont*, apud Gallos. Reſp. Nec hæc quadrare propter voculam 4*nθ*. cujus media nequit eſſe *d.f.p.m.* Relinquitur ergò ſolum *s* & dependenter *ſont*, *eſt*. τῷ *S.* inveſtigato adeò ad vocab Num. 152. nempe 71*n*11. cujus terminatio eſt *-uſqu'*? prima incognita infallibiliter eſt vocalis, ut ſuprà evicimus. Exque iis aut eſt vocalis *i*, quippe *eou*, jam habeo. *A.* non quadrat, utpotè incognitam editurum vocem, planè ſicut & τὸ *y*. Ergò erit *i*, ut ſit *juſqu'*, per Apoſtrophum, pro *juſque*. à quo dependet τὸ *Si*, prima vocula ſcripti propoſiti. Reſtat adhuc vocalis *a*, & *y*. priorem eruo ex voce *γn*74. collatâ cum quinto vocabulo *γ*1 ꭗ 74**θ*. *- voient*, prima eſt vocalis, ut demonſtratum, ſed nulla niſi *a*. tum quia reliquas jam habeo; tùm quia ſi nondum inventa eſſent, nulla generaret latinum vocabulum cujusmodi generat præfixum *A.* in *avoient*, tertia perſona pluralis. Ulterius progredior, & aſſumo characterem *ζ.* in *n*4ζꭗ7*θ*. dicoque nullam per ζ repræſentari litteram præter *R.* ut ſit *ſervit*, ex quo fluunt, *autre*, *ſuivre*. Dehinc ad τὸ *δ.* accingor dicoque eſſe *p.* ut voces emergant *pas*, *petit*, *pour*, *aſpirer*, & alia. Ab hâc me converto ad τὸ 8. ſolitariè poſitum, affirmoque collatis dictionibus 78 *θ*48. 8*γ*7*nn*,*n* eſſe *L.* quia alias nulla Gallica dictio reſultaret. Derivantur ex *L.* invento voculæ *il*, *les*, *tel*, *laiſſes*. &c.

Dehinc aſſumo vocabulum Num. 90. nempe 64*ζ4. ajoque τὸ 6. eſſe *g*. & oriri voculam *genre*, ex hâc vocem 103. Num. *ſauvages*, &c. poſt converto me ad τὸ 2. & dico eſſe *c*. hinc *cela*; ad τὸ 0. & dico eſſe *D* hinc *occident*, *donné*. ad τὸ 9. & dico eſſe *b*. hinc oriuntur *beſtes*. τὸ Ђ. eſt *H*. unde *heure*, *hauteur*. τὸ ♉. *M*. unde *tombes*, *temps*, &c. ad τὸ λ, quod eſt *y*. unde *toy*. ad ϰ. quod ſignificat *x*. unde *Dieux*, *aux*, &c. ad ϛ. quod eſt *f*. unde *fruit*, *foreſts*. Atque ita ſtat meum Alphabetum Gallicum hoc modo:

Vocales.

γ.	4.	7.	♋.	1.	λ.
a.	*e.*	*i.*	*o.*	*u.*	*y.*

Conſonantes.

9.	2.	0.	ϛ.	6.	Ђ.	8.	♉.	*.	∂.	ε.	ζ.	η.	θ.	ϰ.
b.	*c.*	*d.*	*f.*	*g.*	*h.*	*l.*	*m.*	*n.*	*p.*	*q.*	*r.*	*s.*	*t.*	*x.z.*

Quod ſi verò velis ratiocinium inſtituere ſecundùm Regulas, neque à τῷ *Q.* initium facere neceſſum eſt, de characteribus, ſi non omnibus, ſaltem finalibus, geminatis, nec non ſolitariè poſitis, judicium inſtituere, quò tandem in cognitionem determinati characteris devenias.

Scriptura

Scriptura Gallica evoluta eſt Pars Orationis Scytharum Legatorum ad Alexandrum, Curt. lib. VII. cap. VIII. Si Dii habitum corporis, &c.

SI les Dieux t' avoient donné un corps proportionné à ton ambition, tout l' Univers ſeroit trop petit pour toy, d' une main tu toucherois l' Orient & de l' autre l' Occident, & non content de cela tu voudrois ſuivre le Soleil & ſçavoir où il ſe cache. Tout tel que tu es tu ne laiſſes pas d' aſpirer, où tu ne ſçaurois atteindre. De l' Europe tu paſſes dans l' Aſie, & de l' Aſie tu repaſſes dans l' Europe. & quand tu auras ſubjugué tout le genre humain, tu feras la guerre aux rivieres, aux foreſts. & aux beſtes ſauvages. Ne ſçais-tu pas que les grands arbres ſont long-temps à croiſtre, & qu' il ne faut qu' une heure pour les arracher? C' eſt une folie d' en penſer cueillir le fruit & n' en conſiderer pas la hauteur, & prens garde qu' en voulant monter juſqu' à la cime, tu ne tombes avec les branches où tu te ſeras pris.

Exemplum Secundum.

5273μ6♃ϖ2φ2χμ. ♂2. χ. 24μ. ♀64
46χ4. 76349χ. λ52. ♂9φφ2. □2χ4. 02.
♃32χ. 2μ. ♀644;9χχ2♄. ♀957. ϖ6.
♀6μ7;2. 5954. 24μ24. 2χ. 3χλ532μ502.
♀957.ϖ24.♂ξ9424.λ58.ϖ6.72□67023μ.
2χ. 2☿☿2μ. 9χ. χ2. ♀25μ. χ327.λ52.
χ954. χ. 2χμ72♀72χ39χ4. 5χ2. ♂ξ942.
03☿☿3♂3ϖ2. 2μ. 43 6♀724.ϖ. 65937.
♂9φφ2χ♂22. μ2φ276372φ2χμ. ϖ2.
45♂♂24.ϖ.6.☿63μ.05443.♂9χ0φχ27.
3ϖ. χ. 8. 6. ♀93χμ. 02. 72♀2φμ37. λ53.
493μ. ♂6♀6♃ϖ2 02. 72♀6727. ♂2μμ2.
☿65μ2. 63χ43. 656χμ. λ52. 02. ☿6;72.
59;ϖ2. χ954. 0259χ4. ♂9χ45ϖμ27. 43.
χ954 χ954.2φ♃67λ5279χ4.95.43.χ954.
02φ27279χ4;65. ♀97μ. φ634. λ56χ0.
χ9;4.χ954.49φφ24.6♃6χ09χχ2♄.65☍.
52χμ4.2μ.65☍.☿ϖ9μ4 6ϖ974. χ94μ72.
♂95742.02♀2χ0.02.ϖ2;7 3χ♂9χ4μ6χ♂2.
2μ. 02. ϖ257. ♂6♀73♂2. ♂. 24μ.
♀957λ598. 32. χ2. μ79552. ♀93χμ.
φ655634. λ;2 594μ72. 9♀3χ39χ. 493μ.
03☿☿272χμ2. 02. ϖ6. φ32χχ2. 65.
♂9χμ76372. 32 ☿634. 24μ6μ. 02.
594μ72 ☿76χ♂ξ342. 2μ. 32.5954. ♀732.
02.ϖ6. ♂9χ427527.2μ.02.724♀9χ072.
ϖ3♃72φ2χμ. 6. μ95μ24. ϖ24. ♂ξ9424.
λ52.

λς2.32.ς954.03768. ♂2ς☍.λς3.ςιςϖ2χμ.
φ273μ27. o. 24μ72. 6♀2ϖϖ2♄. ϖ24.
oφ,4.o.ςχ.798.42. ♀79♀942χμ.φ93χ4.
2χ.ϖ2.♂9χ423ϖϖ6χμ. 46. ☿6ς2ς7. 2μ.
49χ. 6φ3μ32. λς2. 46. □ϖ9372.2μ. 49χ.
3χμ2724μ.2μ. λς3♂9χλς2. 24μ. o. 6ς34.
λ5 9χ ☿6442. ϖ24. ♂ξ9424 o. ςχ2.
65μ72. ☿6♂9χ.λς.3ϖ.χ2.ϖ24. ☿2793μ.
ϖς8.φ24φ2.3ϖ.χ.3χ4μ7ς3μ. ♀64. ♂2ϖς8.
λς3.ϖς8. o2φ6χo2. ♂9χ423ϖ.φ634. 3ϖ.
ϖ2.μ79φ♀2.

Sit hoc exemplum propoſitum, duplici viâ methodoque tractandum mihi & ſolvendum. Primò autem omnium quæritur, cujus ſit Idiomatis Scriptura detegenda, ſitne Latina, Gallica, an Italica. Ad inveſtigandum Idioma noto primò omnes characteres & ſingulos diſtinctos:

ς.2.7.3.μ 6.♃ ϖ.φ.χ.♂.4.♀.8.9.
λ.□.o.♄.ξ.☿.☍.

Numero 22. ſunt. Ex hoc Numero infero, propoſitam ſcripturam non eſſe Italicam, quia excedit numerus litterarum, quippe Italis tantùm ſunt viginti, *x* & *y* neſciunt. Dein annoto finales diſtinctos, quales ſunt ſequentes:

μ.2.χ.4.♄.7. 6.3 ϖ.8.ς.o.☍.♂.

Numero ſunt quatuordecim. Unde concluditur, non eſſe Italicum Idioma certò. Neque Latinum probabiliter, quia Latini habent viginti duas litteras. Ex quibus ſequentes excluduntur, utpote

 non

non finales *f.g.p.q.z.* Igitur reſtant 17. adhuc finales, nempe *a.e.i.o.u.y.* ſex vocales, & undecim conſonantes, nempe *B.C D.H.L.M.N.R.S.T.X.* Jam quæritur, an ex finalibus litteris una habeat poteſtatem *B.D.H.X.* &c. & conſequenter hæc Epiſtola Latino ſcripta ſit Idiomate. Reſpondeo: Nulla ex finalibus his repræſentat litteram *B.* non μ. 2. χ. 4. Ƀ. 7. 3. 8. o. quia hi characteres ſunt finales in ſcripto hocce in vocibus plurium quàm trium litterarum, quod τῷ *B.* Latino repugnat. Secundùm Reg. ultimam neque character 6. ϖ. 5. ♂. ſuſtinent vicem τοῦ *B.* Latini, tùm quia τὸ 6. & ϖ. ſolitariè ponuntur; tùm quia ſequeretur, ſi τὸ ϖ. eſſet *b.* in 3ϖ. τὴν B. forè initialem in voculis duarum litterarum, nempe ϖ2. quod abſurdum. Ex eâdem ratione τὸ 6. nequit eſſe *B.* ob voculam 65. ſi τὸ 6. eſt *b.* tunc τὸ 65. ſonabit *ba, be,* &c. poſterius eſt abſurdum. Ergò & prius. Nec 5. eſt B. ob parem rationem voculæ, 5χ. neque enim dico *ba, be,* &c. ob eandem rationem τὸ ♂. nequit denotare τὸ *B.* ut taceam ſolitariè poni characterem ♂. Tandem τὸ ℘. non valere poteſt, *B.* quia τὸ *B.* Latinum non eſt finale in vocabulo quatuor litterarum, ut τὸ ℘. hîc occurrit in ♂25℘. Ergò tandem relinquitur ex characteribus finalibus nullum repræſentare poſſe litteram *B.* Neque ullus ex characteribus finalibus ſignificat *D.* non μ. utpote in vocabulo tredecim litterarum finalis, vid. Reg. *D.* ultimam. Non 2. tùm ob voculam ςχ2. quæ defineret in *ſed.* & conſequenter vocula χ2. in *ed.* Latinis inauditam; tùm quia τὸ 2. ſæpius eſt finale, quod eſt contrà Regulam τοῦ *D.* ultimam. τὸ χ non eſt D. tùm quia τὸ χ. ſolitariè ponitur; tùm quia eſt finale in

voca-

vocabulo 9♀3x39x. ſeptem litteris conſtante. Si excipis: Latinos habere vocabula ſeptilittera deſinentia in *d.* nempe *aliquid, aliquod, nunquid.* Reſpondeo: Has exceptiones non obſtare. Siquidem τὸ *aliquod* habet omnes diverſas, τὸ *aliquid* autem tertiam & ſeptimam tantùm easdem; vocabulum contrà 9♀3x39x tertiam & quintam, item primam & ſeptimam easdem; *Nunquid* verò ſecundam & quintam. Eadem ratio excludit τὸ 4. ſi latinum *D.* non eſt finale in vocab. decem litteris conſtante, & τὸ 4. eſt finale. τὸ 4. non erit *D.* Neque character ♄. eſt *D.* ob ſimilem rationem. τὸ 7. non eſt *D.* latinum, quia paſſim 7. eſt finalis, inſpice ſcripturam. τὸ 6. non eſt *D.* finale. quia ſolitariè ponitur hîc loci bis. τὸ 3. non eſt *D.* quia eſt finale in vocab. 65443. Excipis dari vocabula quinquelittera terminata in *d.* apud Latinos, nempe *aliud, illud, iſtud, quoad.* Reſp. Nullum quadrare; quia in τῷ 65443. tertia ac quarta ſunt ſimiles, contra atque fit in *aliud, iſtud, illud,* &c. Neque τὸ ϖ. eſt *d.* quia character ϖ. ſolitariè poſitus eſt. Neque character 8. eſt *d.* quia eſt tùm finalis, tùm ſolitariè poſitus. Character ϛ. non eſt *d.* latinum, propter voculas 95. 6ϛ. λϛ. ſi τὸ ϛ. eſt *D.* vocula prior deſinet in *ad.* ſecunda in *id.* tertia ſimiliter in *D.* at ejusmodi voculam præter *ad,* & *id,* Latini habent nullam. Character o. non eſt *D.* latinum; tùm quia ſolitariè hic collocatum reperitur, tùm quia & initialis ac finalis in unâ eâdemque voculâ, quod eſt contrà Reg. τῶ *D.* latinæ litteræ ultimam. Nec character ♂. valet *D.* quia ſolitariè poſitus eſt in Epiſtolâ; Nec ☍ eſt *D.* utpote finalis in vocabulo ♂25☍. Excipis ſignificare poſſe *quid, quod, haud,*

quæ

quæ ſint quadrilittera terminata in *D.* Reſp. Non *quadrare, quid*, vel *quod*, quia ♂. nequit eſſe *Q* ut liquet ex poſitu hujus characteris ſolitario, non *haud*, quia ſequeretur τὸ ♂. eſſe *H.* in ♂2. & ſonare *ha*, quod abſurdum eſt vocabulum. Dein τὸ 5. eſſe *u.* quod repugnat conſideranti voculas λ5. 95. &c. Si τὸ 5 valet *u.* vocula λ5 definet in *Tu*, & vocula 95. pariter; at tale nullum datur. Ergò relinquitur τὸ *D.* non eſſe finale in hoc ſcripto, ſi id ſit latinum. Neque etiam ullus ex ſuprapoſitis characteribus valet *y.* quia apud Latinos τὸ *y.* partim ſolitariè non ponitur; partim dictionem non claudit, quod hic in his characteribus cernimus.

Neque characterum ullus repræſentat latinam litteram *H.* tùm quia *H.* latinum per ſe ſolum nunquam collocatur; tùm quia finale non eſt niſi in *ah*, *vah*, *proh*, tùm quia finales iſti characteres geminantur, quod contra venit τῷ *H.* Excipis: τὸ ℘. poſſe eſſe *H.* & voculam ♂25℘. *proh.* quatuor litterarum denotare. Reſp. Minimè; tùm, quia τὸ ♂. nequit eſſe *P.* quia ſolitariè ponitur; tùm, quia τὸ 2 non valet *R.* per collatas voculas χ2.32.2μ: o2.2χ. Si character 2. eſt *R.* vocula 2μ. 2χ. inchoabunt, ſonabuntque *re*, *ri*, poſterius autem eſt abſurdum. Ergò & prius. Relinquitur ad ultimum igitur in hoc ſcripto finales non eſſe:

F. G. P. Q. Z. abſolutè.

Quatuor verò B. D. H. Y. ex collatione remotas.

Summa novem litteræ non ſunt finales, nec eſſe poſſunt hoc in ſcripto, ſi ſit latinum. Jam infero: Quatuordecim hic ſunt finales: Ergò erunt vocales, a. e. i. o. u. & conſonantes, c. l. m. n. r. s. t. x.

Jam

Jam novem characteres, qui in hoc ſcripto finales eſſe nequeunt, ut oſtenſum, ſubtrahe ab, in integro numero litterarum Alphabeti Latini, nempe 22. reſtabunt tredecim tantùm characteres finales. At verò ſuprà annotavimus quatuordecim diſtinctos. Unde argumentor: Quatuordecim characteres diſtincti finales repræſentant quatuordecim diſtinctas litteras latinas finales. Atqui hîc loci tantùm tredecim diſtincti locum habere poſſunt. Ergò tantùm ſunt tredecim litteræ diſtinctæ finales. Ergò ſcriptura non eſt latina. Multò minus Italica. Neque Germanica, quia Germani ſolùm *O.* exclamandi particulam ſolam ponunt. Quo probato tranſeo ad enucleationem occulti ſcripti, primoque inveſtigo, ubi locorum lateat τὸ *Q* dico igitur τοὺς

5. ♃. 2. χ. μ. 4. 7. ♀. 6. 3. ϖ. φ. 0. ♂. 9.
☿. ξ. □.

non repræſentare *Q.* Gallicum, quia τὴν *Q.* perpetuò ſequitur in medio dictionis vel ab initio poſitam idem character & conſequenter eadem littera, nempe τὸ *u* Character ♄. non eſt *Q.* quia apud Gallos *Q.* in paucis eſt finalis, quæ huc accommodari nequeunt. Character 8. ☍. ex eadem ratione non eſt *Q.* Jam exſcribo omnia vocabula, in quibus latet character λ. qui litteram *Q.* notat, nempe λ52; λ53. λ56χ0. λ5. λ53♂9χλ52. in quorum ultimo bis occurrit τὸ *Q.* & ♀957λ; 98. ſi τὸ λ. eſt *Q.* ſequentes duo immediatè characteres, ubi τὸ *Q.* occurrit, erunt vocales, nempe:

5. 3. 6, 9. 2.
u.

Qui

Qui extra controverſiam, quanquam indetermi-natè repræſentabunt vocales. Has ut determinatè ſciam, exſcribo ſolitariè poſitos characteres. Nimirùm:

χ. 8, 6. ϖ. ♂. o.

Bilitteras Voculas.

♂2. o2. 2μ. ϖ6. 2χ. 43. ϖ2. 3ϖ. 95.
65. 32. χ2. 5χ. 42. 46. 9χ.

Trilitteras.

24μ. ♀64. λ52. ϖ24. λ53. 5χ2. 65☍.
798. 49χ. ϖ58.

Harum vocularum collatio viam ſternet ſolutioni & inventioni vocalium, aliarumque litterarum. Quod ita fiet methodo à nobis inſtitutâ: Character 5. eſt vocalis *u.* quia ſequitur medianum *Q.* quod præit. Ergò in vocula bilittera 95. erit finalis, & in voculâ 65. etiam finalis. Jam ſecundùm Regulam Linguæ Callicæ litt. *u.* primam. Significabit unum ex ſeqq. *tu, du, nu, ſu, ru, au, eu, ou,* priores quinque voculæ hic excluduntur, quia τὸ 6. neceſſariò eſt vocalis, ut ſuprà viſum. Ergò tres poſteriores applicari debent. Unde quæritur de charactere 6. quam vocalem ſignificet? Reſp. nec character 9. nec character 6. eſt *e.* quia character 3. vel 2. neceſſariò disjunctivè eſſe *E.* Probatur ex voculis λ52. λ53. τὸ λ. eſt *q.* τὸ 5. eſt *u.* tertia non erit *a.* quia non dicunt Galli *qua*, non *quo.* Ergò neceſſariò altera *que*, altera *qui*, ſonabit. Ergò relinquitur, voculas 95. 65. valere *au, ou,* quia tertia non datur. τὸ 6. verò non eſt *o.* quia in 46. τὸ 6. character eſt finalis, quæ terminatio dictionis in *o.* Gal-

lis

lis eſt inuſitata. Ergò τὸ 6. erit *a*. Accedit adhuc alia ratio probabilis ſcilicet τὸ 6. non eſſe vicarium τῷ *O*. quia 6. ſolitariè bis occurrit, quod non videtur exclamandi particulæ convenire, quanquam hîc pedem figere nolimus. Erit certè τὸ 6. *a*. & 9. *o*. ſtabuntque vocales inventæ hoc ordine:

5. 6. 9.
u. *a*. *o*.

Accedo dein ad voculam 32. collatam cum λ52. λ53. uterque character 2. & 3. ſunt vocales, & quidem altera *e*. altera *i*. ſi τὸ 3. in 32. eſt *e*. τὸ 2. erit *i*. vocalis, & orietur vocula *ei*, Gallis ignota. Contrà: ſi τὸ 3. eſt vocalis, & τὸ 2. eſt *E*. emergit vocula Gallica: relativum *je*, ego, Pronomen. Sic denuo meum Alphabetum auxi duabus vocalibus:

6. 2. 3. 9. 5.
a. *e*. *i*. *o*. *u*.

Dein aſſumo voculam ϖ6. conferoque cum ϖ2. 3ϖ. 46. 43. 42. ϖ24. τὸ ϖ. in ϖ6. prior littera tanquam character ſolitariè poſitus voculâ Num. 50. erit vel *y*. hoc enim adhuc deeſt, vel una ex conſonantibus Apoſtrophi capacibus, nempe *d c. l. m. n. s t*. At, non *y*. quia non dico, *ya*, quod neceſſariò dicendum eſſet, ſi τὸ ϖ. in ϖ6. ſignificaret *y*, dein, quia τὸ *y*. apud Gallos non geminatur, ut τὸ ϖ. in hac ſcriptura videtur. Tertiò, quia vocula 3ϖ. cujus prior eſt *i*. terminaret in *iy*. barbaram voculam. Neque locum habent *t. d. m. n. s. t*. ob voculam 3ϖ. quod ſonaret ic. id. im. in. is. it. quæ voculæ exulant apud Gallos. Ergò erit *L*. habeoque *il*.

ϖ: *L*.

Hinc

Hinc ϖ6. *la*. Inde progredior ad voculas 43.42.46. ϖ24. character 3. & *i*. τὸ 2. eſt *e*. τὸ 6. eſt *a*. τὸ ϖ. *l*. τὸ 2. eſt *e*. τὸ 4. incognita adhuc, in ϖ24. non eſt vocalis *a.e.i.o.u*. jam inveſtigatæ. Non *y*. ob voculas 43.42. ab *yi*. inchoaturas neceſſariò contra Genium Linguæ Gallicæ, quæ non habet voculas biliteras ejusdem formæ. Ex conſonantibus character 4 nulla eſt niſi *S*. quia quæcunque characteribus littera ϖ24. poſtponatur, abſurdam parturit vocem: quippe Gallis inſolitæ ſunt dictiunculæ, *leb*, *led*, *lef*, *lem*, &c. Excipis: Atqui dici *leg*. legatum, latus, *lez*. Pluralis *les*. Reſp. duo priora denotari per ϖ24. nequeunt, quia neque τὸ *G*. neque *Z*, initialis eſt in voculâ biliterâ, ut character 4. eſt in 42.43.46. Igitur relinquitur *S*. invenique voculam 43. quæ valet *ſi*, 42. *ſe*, 46. *ſa*, ϖ24. *les*, 5954. *vous*, quæ litteræ, ſi ſuperſcribantur inventis characteribus ſpontè voculas alias aperiunt. A τῷ *S*. transgredior ad characterem χ. ſolitariè collocatum, & in voculis 5χ. 9χ 2χ. χ2. repetitum. Character 5. eſt *u*. character 9. eſt *o*. character 2. eſt *e*. unde nullam aliam litteram τὸ χ. præter τὸ *N*. repræſentat, habeoque *an*, *on*, *en*, *ne*. Probo autem τὸ χ. nullam aliam eſſe niſi τὸ *N*. inventis vocalibus præviis in 2χ. 9χ. 5χ. evidentiſſimis rationibus; tùm quia *b.f.g.h.p.q.r.x.z* ſolitariè nunquam ponuntur; tùm quia non terminant dictionem Gallicam biliteram. Non enim dico, *eb*, *ec*, *ed*, *ef*, *eg*, *eh*. Excipis reſtare, *es*, *et*. Reſpondeo, τὸ *S*. jam inveni, τὸ *et*, excluditur; quia 9χ. finiretur in *ot*, & 5χ. in *ut*, inconditas voculas, qualis non eſt *en*. Invento τῷ *N*. accedo ad τὸ 8. quod immediatè ſequitur characterem χ. conferoque cum voculâ ϖ58.

prima littera eſt *L.* ſecunda eſt *u.* tertia latet; dicoque 8. neceſſariò eſſe vocalem ex naturâ apoſtrophi: Nullam autem aliam niſi *y.* quia omnes jam erui:

Character 8. *y.* ſignificat.

Aſſumo poſt vocabulum 0259x4. deſinens: *-euons.* comparoque cum 02. item voculâ ſolitariè poſitâ o. Quæ non eſt *L N.S.* jam inventæ. Non *R.* quia *R* non ponitur ſolitariè. Non *C. T.* quia non dicitur *cevons, tevons.* Ergò reſtat *d* hinc *devons*, & *des*, & Apoſtrophus Præpoſitionis *de, d'.*

Character o. eſt *D.*

Dein accedo ad τὸ μ. in 2μ. collatum cum 493μ. *ſoi-.* dicoque τὸ μ. in 2μ. eſſe *T.* habeoque *et-. ſoit,*

μ. character eſt litt. *T.*

Ulterius inventâ τῆ *T.* accingor ad vocabulum μ;9552. formæ hujus, *t oune,* ajoque characterem 7. valere *R.* oririque voculam *trouve*, inde fluunt, *voſtre, diray, eſtre, Roy.*

Character 7. eſt *R.*

Dehinc accedo ad alios ſubinde characteres, aſſumoque ea vocabula, in quibus una ſaltim latet, e.gr. ♀93xμ. ubi occulta eſt τὸ ♀. nec non vocabulum ☿634. cujus primam neſcio, affirmoque τὸ ♀. ſignificare *p.* unde emergit, *point, prie, pourquoy, opinion, pas.*

Character ♀. *p.*

Characterem ☿. eſſe *F.* hinc *fais, faſſe, differente.*

☿. *F.*

Has autem litteras per characteres hoſce ſignificari patet, quia nullæ litteræ præfigi poſſunt, ut Latina exurgat vox. Jam characterem ♂. ſumo ſolitariè poſitum, contendoque eum eſſe neceſſariò, *c. d. l. m. n. s. t.* at non *d. l. n. s. t.* quos characteres habeo. Ergò, vel *C.* vel *ℳ.* Non *ℳ.* ob vocabulum λ53♂9χλ52. deſiturum *quimonque*, barbarum verbum Gallis & ♂2ϖ58 quod valeret, *meluy.* Igitur erit *C.* hinc *celuy, quiconque*, &c.

Character ♂. *C.*

Tranſeo ad τὸ φ. quod eſt *ℳ.* hinc *mauuais, amis, amitié*, &c.

Character φ. eſt *ℳ.*

Superſunt adhuc □. qui valet litteram *G.* in *gloire.* ξ. qui *H.* in *choſes.* ☍. qui *x.* in *aux, ceüx.* ♃. qui *B.* hinc *embarquerons, librement.* ♄. qui litteram *z.* in *apellez, abandonnez.* Integrum Alphabetum igitur evolutum eſt.

Vocales: *a. e. i. o. u. y.*
Characteres: 6. 2. 3. 9. 5. 8.

Conſonæ: *b. c. d. f. g. h. l. m. n. p. q. r. s. t. x. z.*
Characteres: ♃. ♂. o. ☿. □. ξ. ϖ. φ. χ. ♀. λ. 7. 4. μ. ☍. ♄.

Sed aliam pandemus viam ſecundùm Regulas examinandi quemlibet characterem ſequentem in modum.

Primò: Annoto omnes characteres, & video, quinam ſint finales, qui geminati, quique occurrant in voculis duarum litterarum, item qui initiales

les ſecundâ & tertiâ eâdem, ubi obſervo perlectâ epiſtolâ finales eſſe: *μ*. 2. 4. *χ*. ♄. 7. 6. 3. 5. 0. ☍. 8. *ϖ*.

Secundò: Geminatas, *φ*. 4. *χ*. ☿. ♂. 2 *μ* 5 *ϖ*.

Tertiò: Initiales in voculis duarum litterarum, ♂ o. 2. *ϖ* 9. *χ*. 4. 3 6. 5. *λ*.

Quartò: Finales in voculis duarum litterarum, 2. 6. 5. *μ*. *χ* *ϖ* 3.

Quintò: Initialem 2. ſecundâ & tertiâ eâdem.

Sextò: Solitariè poſitos, *χ*. *ϖ*. 6. 8. ♂. o.

Hos characteres primò examino, præprimis τὸ *ϖ*. & *χ*. quia hi duo ſunt initiales in voculis duarum litterarum, & finales, nec non geminatæ. Affirmo igitur: *ϖ*. characterem non eſſe *b. f. g. h. p. q. r. x. z.* quia hæ litteræ ſolitariè non ponuntur, quæ ratio ſufficit. Non *c. d m.* quia hæ litteræ ſunt quidem in voculis duarum litterarum initiales, verùm nunquam finales, ut hîc in epiſtolâ in voculâ 3*ϖ*. videſis Regulam primam ſub ſingulis litteris. Ex vocalibus non eſt *e.* quia hanc vocalem ſolam non collocant Galli. Non eſt *o.* quia vocula 3*ϖ*. ſonaret, *ho*, vel *po*, disjunctivè: Quarum neutra ſtare poteſt, ob voculas 32. 43. comparatas, ex quibus colligitur τὸ 3. debere eſſe vel *P.* vel *H.* quod repugnat. Non *u.* quia τὸ *u* ſolitariè non ponitur, ut hic τὸ *ϖ*. Non eſt *y.* quia character *ϖ*. eſt in voculâ duarum litterarum, nempe *ϖ*6. initialis, quod eſt contrà Reg. primam litteræ *y.* Excipis ſub exceptionibus utique comprehendi, τὸ *yf.* Reſp. Hoc excludi; tùm quia τὸ *ϖ*. geminatur in ſcripto; Id quod contrà Reg. quintam τοῦ *y.* militat; tùm, quia τὸ 6. eſſet *F.* & ſolitariè poneretur, quod pariter litteræ *F.* repugnat. Neque tandem eſt *i*, quia

τὸ *ι*. non geminatur, exc. *objicer, bijarrer*, quæ tamen non queunt repræſentari per vocabulum Num. 159. quo character *ϖ*. geminatur quarta & quinta à principio, contra ac fit in exceptis vocabulis. Itaque character *ϖ*. disjunctivè valet *A. L. N S. T.* Secundus character eſt Græcum *χ*. de quo aſſevero. Non eſſe, quia ſolitariè ponitur *b. f. g. h. p. q. r x. z.* Non *C.* quia juxta primam Regulam litteræ *C. C. non eſt finalis in voculis duarum litt.* Non *D* *M* ex pari ratione. Non *L*. idque ob voculas *2χ. χ2*. ſi τὸ *L. non eſt in voculis duarum litterarum finalis*. Exc. *il*, vid primam Reg. τȣ̃ L. ſequitur τὸ *χ*. non eſſe *L*. alias ſequeretur voculam *χ2*. eosdem continentem characteres oriri *Li*, Gallis inauditam, ut taceam collationem voculæ *9χ*. multò fortius evincere. Ex Vocalibus non eſt *e. u.* quippe ſolitariè nunquam collocabiles. Non *i*. quia τὸ *i*. non geminatur. Non *y*. quia τὸ *y*. partim non geminatur; partim non eſt initialis in voculis duarum litterarum. Non *O* quia hæc littera non eſt finalis in voculis duarum litterarum, nec initialis in his voculis bilitteris. Exc. *on, or, os, ou, oy*. Objicis: Characteres duos *χ2*. poſſe ex his quinque ſaltem unam ſignificare. Reſp. Nullam; ob voculam *2χ*. quæ exprimeretur inverſo litterarum ordine, *no, ro, ſo, vo, yo*. Gallis inuſitato. Ergò relinquuntur ex Conſonantibus tres *N. S. T.* Ex Vocalibus, *A.* Tertius ordine character eſt τὸ *2*. non potens ſuſtinere vicem conſonantium ſequentium, *b. c. d f. g. h. m p q. r x. z.* tùm quia hæ non ſunt finales in voculis duarum litterarum; ut character 2 videtur in ſeqq. 02 *χ2. ϖ2. 12. 42.* tùm quia aliquæ ex his planè non geminantur, ut *h. x. z.* tùm quia aliquæ non

gemi-

geminantur in fine, ut *b. c. d.* &c. Non eſt *L.* quia character 2. eſt in quinque voculis finalis, quæ terminatio adverſatur τῷ *L.* unicam tantùm voculam nempe *il*, habens deſinentem in *L.* Eadem ferè ratio excludit τὸ *N.* vi Regulæ ſextæ: *τὸ N. non terminat voculas duarum litterarum.* Exc. *an, en, on, un.* Probatque τὸ 2. non eſſe *N.* quia quinquies claudit dictiunculam bilitteram. Non *S.* ob parem ultimâ litteræ *S.* Regulâ comprehenſam rationem, ſcil. *τὸ S. non finit voculam binarum litterarum.* Exc. *as, es, os* Multò minùs *T.* quæ tantùm in *et*, dictionem claudit, ut taceam plerasque conſonantes non poſſe ſignificari per characterem 2. quoniam hic character eſt initialis ſecundâ & tertiâ ſimili in vocabulo Num. 19. Igitur ex conſonantibus omnes explodantur, ex vocalibus autem vi tertiæ Regulæ litt. *E.* τὸ 2. eſt determinatè *E.* Quartus character ad Regulas examinatus eſt 6. ſolitariè poſitus primo intuitu judicatur, *c'. d. l. m'. n'. s'. t'. a. j'. o. y.* quippe hæ ſolæ ſolitàriè collocantur. Inſtituto verò examine expanguntur *c. d. m.* quia hæ litteræ non ſunt finales in dictione bilitterâ, ut τὸ 6. conſpicitur in τῷ 6. 46. Neque eſt *L.* quoniam τὸ *L.* tantùm in *il* dictionem terminat. τὸ 6 autem in binis voculis. Non eſt tandem *y.* quia *y* non eſt bis in unâ voce, ut character 6. paſſim in ſcripto occurrit. Reſtant itaque *N. S. T. A. I. O.*

Quintus character eſt 5 finalis in 65. 95. λ5. unde concluditur abſolutè non eſſe *B C. D. F G. M. O. P. Q. X* quippe hæ litteræ dictionem bilitteram non finiunt. Non *L. R T Z.* quia hæ dictionem equidem claudunt in *il, or et, uz* verùm in unâ tantùm voculâ, contrà atque fit in 65. 95. ubi character

5. in duabus eſt finalis. Non *H. Z.* quia hæ non geminantur, ut τὸ 5 in φ655634 quæ ratio quoque excludit vocales *i.* & *y.* ſuperſunt igitur *N.S.A.E.V.*

Sextus character examinandus eſt μ. qui nequit ſignificare in vocula 2μ *b. c. d. g. m p. q. x.* quia hæ non ſunt finales abſolutè in voculis bilitteris; Non F. quia ſequeretur τὸ 2μ. notare *of*, *yf*, & conſequenter τὸ 2 eſſe *y.* & 2. *e.* quod abſurdum. Non *H. I. Z. Y.* quia hæ non geminantur, quæ omnia poſſunt demonſtrari præciſâ characteris 2. τῦ *E.* repræſentantis ſignificatione. Aſſumta autem τῦ *E.* in 2μ. oſtendo non eſſe *a.* quia non dico *ea* Non eſt *E.L. R O.* quia non dicuntur *Ee*, *El*, *Eo*, *Er*, Gallis nimirùm voculæ obſoletæ. Itaque reſtant ex Vocalibus *u.* Ex Conſonantibus *N.S.T.* ut prodeant voculæ ex 2μ. ſequentes *eu*, *en*, *es*, *et.* Quanquam verò characteres hi ſex ſufficerent ad reſolutionem totius ſcripti, tamen alios adhuc examinabimus characteres. Aſſumo igitur characterem 4. ſeptimum, qui occurrit in voculis duarum litterarum initialis, nempè 42. 43. 46. unde concludo non eſſe *b. g. x z.* quoniam hæ abſolutè non inchoant bilitteram voculam Gallicam. Non *H I. Y. Z.* quia hæ non geminantur, ut character 4. videtur, præterea inventus character 2. in 42 rejicit *F P. R. V.* nec enim dico *fe. pe*, *re*, *ve.* Nec *A.O.* ob eandem rationem. Superſunt jam *c. d. l. m n. q. s t.* Cœterùm nec hæ omnes valere poſſunt. Non *C.* quia ſecundùm Regulam quartam litteræ *C.* τὸ *C non eſt initiale ac finale.* Exc. *caduc*, *codignac*, *clerc*, *choc*, *coc*, *croc*, *corſic*, &c. quorum nullum ſignificari poteſt per 49φφ24 quod ſex quidem litteras continet, ſed ordine differentes à *corſic*, quippe

in

in hoc omnes ſunt diſtinctæ, in illo prima & ultima, tertia & quarta eædem. Non eſt *D*, quia hæc littera non eſt media in voculis trium litterarum, ut character 4. cernitur in 24μ. ex eâdem ratione etiam non eſt *F.* quod quidem ſuprà jam oſtenſum, juxta Regulam ſextam litteræ *F.* quâ dicitur: *F. non eſt ſecunda ab initio littera,* ſubintellige *ſimplex.* Si excipis: Sub Regulâ contineri *aſin.* Reſp. τὸ 24μ. non ſignificare *aſin.* eò quod tantùm illud tribus conſtet litteris, *aſin.* autem quatuor. Dein non eſt *F.* quia character 4. eſt initialis & finalis in vocula Num. 49. & vocabulo Num. 92 quæ poſitio τοῦ *F.* Gallico adverſatur. Excipis ſub Regulâ tertiâ litteræ *F* contineri exceptiones, *furtif, fautif, fief, fugitif.* Contrà: Non poſſunt habere locum duæ poſteriores. τὸ *fief.* quidem, quia quatuor tantùm habet litteras, τὸ *fugitif.* autem, quia ſeptem, ut non conveniant cum vocabulis Num. 49. 45♂♂24. & Num. 92. 49♀♀24. quæ adæquatè comprehendunt ſex litteras. Inſtas τὸ *fautif.* & *furtif.* convenire numero litterarum cum vocabulis allegatis. Reſp. Quoad Numerum præciſè, concedo, quoad repetitionem & ordinem nego. Quippe duo illa vocabula primam & ultimam, nec non tertiam & quartam habent eaſdem. Contrà autem, τὸ *fautif.* & *furtif.* omnes & ſingulas excepta primâ & ultimâ diſtinctas. Eadem ratio explodit τὸ *L.* cujus quarta Regula eſt hæc: *L. non eſt initialis ac finalis.* Exc. *leal, lequel, linceul, royal; laigneul; legal, liberal,* &c. quæ verò nequeunt ſignificari per characteres vocabulorum 49.& 92.Num. cùm quia nulla exceptionum continet adæquatè ſex litteras, præter τὸ *lequel.* quod tamen non poteſt repræſen-

tari, quia ♂. character non eſt *Q.* tùm quia nulla iſtarum exceptionum tertiam & quartam habent ſimiles. Non eſt *M.* ex collatione voculæ 24μ. prima eſt *E.* ſi ſecunda ſit *M.* & tertia, nempè τὸ μ. vel *V.* vel *N, S T.* ſequitur voculam exurgere *emu, ems, emn, emt.* Hoc conſequens cùm ſit abſurdum, abſurdum quoque erit antecedens. Par ratio eliminat τὸ *N.* ut conferenti patebit. Præter hanc alia adhuc ratio excludit τὸ 4. à ſignificatu ſuppoſititiæ litteræ *N.* ex Regulâ quintâ: *N. non eſt initialis ac finalis in voculis quadrilitteris.* Exc. *nain.* Subſumo: τὸ 4. in 46χ4. eſt initialis ac finalis, nec tamen denotat *nain.* exceptam voculam. Ergò 4. non eſt *N.* Probo poſteriorem partem ſubſumtionis ex collatione voculæ 49χ. Num. 174. Si 46χ4. ſignificat *nain.* τὸ 4. in voculâ 49χ. erit *N.* Græcum χ. eſt *i.* Media numerus 9. neceſſariò vocalis *a. e. o. u. y.* Vocalis *A.* excluditur, & quia τὸ *a.* in *nain.* ſupponitur inventum denotari per 6. non per 9. & quia interpoſitio *a.* Gallis inuſitatam generaret voculam, nempe *nai.* ob quam rationem reliquæ vocales exulant, quis enim audivit, *nei, noi, nui, nyi?* Non eſt *Q* tùm quia vi Regulæ primæ τὸ *Q. non eſt in voculis duarum & trium litterarum.* Excipe: *qu', que, qui*, quorum nullum denotatur per 46. 43. 42. neque per 24μ. non tria priora bilittera; Non primum 46. quia τὸ 6. non eſt *u.* Gallicum, ſiquidem ſolitariè poſitum; Non ſecundum 43. quia ſequeretur voculæ 32 ſi prior character inciperet ab *u.* ultimam deſituram in *e.* qualem Galli ignorant. Non 42. quia character 2. eſt *e.* non *u.* ſicut autem non denotatur bilittera vocula *qu'.* per 46. &c. ita nec trilittera per 24μ. quia in hâc 24μ. *Q.* eſt me-

dia

dia littera; contra ac in exceptis verbulis *que*, *qui*, ubi τὸ 4. eſt primus character; tùm quia ſecundùm tertiam Reg. τῷ *Q. Q non occurrit bis in unâ voce*, quod videre eſt in τῷ 4. tùm quia τῷ *Q.* continuò ſequitur eadem littera, quod hic character 4. non præſtat. Tandem character 4 non eſt *T.* propter voculam 24μ. τὸ 2. eſt *E*. τὸ 4. ex ſuppoſitione eſt *T.* Ultima neceſſariò erit vocalis; ſed nulla, quia nulla ultimo loco poſita generaret voculam Latinam; ſiquidem non dicitur Gallis. *eta*, *eti*, *etu*, &c. Igitur reſtat ſolum *S.* determinatè demonſtratum, quòd ſignificetur per characterem 4.

Character 4. eſt *S.* Conſona.

Octavus character eſt 3. habens præfixum characterem 4. in voculâ 43. Num. 78. dicoque characterem 3 eſſe extra controverſiam vocalem; Non verò *E.* repræſentatam per characterem 2. non *o*. *u*. quæ nullas pariunt voculas Ergò vel *a*. vel *i*. ut exurgant voculæ *ſi*, vel *ſa*. Cæterùm 43. vocula non ſignificat *ſa*, aliàs ſequeretur, characteres 32. denotare *ae*. quæ vox eſt barbara. Relinquitur igitur 43. ſignificare conditionalem conjunctionem, *ſi*.

Nonus character eſt ὀμικρὸν Gr. ſolitariè poſitus. Unde primo aſpectu infertur disjunctivè eſſe, *c.d.l. m.n.s.t.a i.o y.* Dico notanter primo aſpectu; nam inſtitutâ collatione & perlectâ epiſtolâ manifeſtum fit characterem o. non eſſe *C.* quia tenore Reg. quartæ litteræ *C. Littera C. non eſt inchoans & finiens ſimul eandem dictionem ſex litteris conſtantem*, præter exceptam *corſic*. quæ dictio verò, quia ſex diſtinctos characteres poſſidet non coincidit cum dictione, 02ℊ2χo. quæ non duas tantùm initialem & finalem

diverſas habet, ſed ſecundam & quartam etiam. Pariter character o non eſt *L.* juxta Regulam quartam litteræ *L.* cujus exceptio ſex litteris conſtans ſolum eſt Pronomen, *lequel*, numero litterarum quidem exactiſſimè conveniens τῷ o2♀2xo. at ordine differens, ut intuenti planum fiet. Neque valet *M.* quia character o. eſt initialis & finalis in dictione Num. 102. quæ litterarum ſtatio pugnat contrà decimam Regulam litteræ *M.* Gallicæ, quâ dicitur, *M. non eſt finalis*, exceptis paucis, quorum nullum inchoat ab *M.* & terminatur in *M.* confer verba excepta, & videbis. Tandem non eſt *y.* tùm quia τὸ *y.* non inchoat dictionem latinam exceptis excipiendis; tùm quia non bis eſt in voce una niſi ſit finalis, neque eſt *o.* vocalis, quippe quæ non eſt finalis. Reſtant itaque adhuc, *d. n. s. t. a. i.*

Decimus character eſt ♂. ſolitarius quoad poſitionem. Ex quo arguitur disjunctivè eſſe, *a. i. o. c. d l. m. n. s. t.* τὸ *y.* quanquam ſolitariè aliàs occurrat, hoc tamen ſcripto per ♂. nequit repræſentari, eò quod ſit bis in unâ voce Num. 105, 109. Excipis: *y* utique eſſe bis in unâ voce, e. gr. in *yvraye*, *noyeraye*, *ſynonyme*. Reſp. Hæc accommodari nequeunt vocabulis 105. 109. non priori; quia vocabulum centeſimum quintum complectitur undecim litteras, quæ nullum exceptorum habet; Non poſteriori, quia in eo ♂. eſt initialis, & conſequenter nullum repræſentare poſſet præter *yvroye*, *yvraye*. explodenda tamen, quia ſex tantùm litteras comprehendit, contra vocabulum centeſimum nonum ſeptem adæquatè.

Undecimus character eſt 9. Numerus, de quo, attendendo voculas 9x. 95. 798. 49x. pronuncio;

Non

Non eſſe eum *b.f.g.v.x.z.* quia hæ litteræ non ſunt initiales in voculis duarum litterarum. Non *H.* quia *h* præfixum non ederet Gallicam vocem. Non *Q.* ex collatione vocularum *9x. 95.* ſi *9.* eſt *q.* & *9x.* ſignificat *qu'*, quid ſignificabit *95.* an etiam *qu's* at hoc impoſſibile planè eſt. τὸ *y.* exulat, quia ſequeretur τὸ *95.* ſignificare *yſ, oſ,* & conſequenter τὸ *ſ.* eſſe *F.* quod abſurdum. Ergò character *9.* non eſt *b.f. g. h.p.q.x y z.*

Duodecimus character eſt λ. qui quia perpetuò antecedit eundem characterem, nempè 5. ſignificabit τὸ *Q* ex hypotheſi in exiſtentis *Q* quod primò inquirere potuiſſem. τὸ λ. autem eſſe *Q.* confirmor magis, quando percurro Regulas τῦ Q ex quibus conſpicio nullam adverſari Regulam characteri λ, quò minus ſit *Q.* Idem de charactere 5 in littera *u.* deprehendo. Unde colligo τὸ λ5. ſignificare *qu'.* apoſtrophatum. Cujus inventio, etſi ſufficiat detegendo ſcripto furtivo, alios tamen characteres expiſcari juvat, prolixiori ratiocinio non immoraturo.

Affirmo igitur characterem decimum tertium, nempè 8. ſolitarium, & in fine poſitum eſſe disjunctivè *c. d l. m. n. s, t. y. a. i, o.* cœteris omnibus expulſis.

Decimus quartus ♀ non eſt *x. y z.* quia hæ litteræ non ſunt initiales in voculis trium litterarum. Non *F.* quia *F. non eſt ſecunda ab initio*, ſecundùm Regulam ſextam, cujus exceptiones nullatenus quadrant vocabulis Num.43. Num.159. Non *Q.* quia ſequitur diverſus.

Decimus quintus eſt φ græca littera probè diſtinguenda à charactere antecedente, nempè ♀. quia φ, gemi-

geminatur. Non eſt *H.X.Y.Z.* Non eſt *I.* quia *i.* tantùm geminatur in *objicer*, & *bijarrer*, obſoletis vocabulis, neutiquam conferibilibus cum voculâ Num. 9. ſcilicet ♂ηφφ2. quinque tantùm litteris conſtante. Non *Q* quia τὸ *Q.* non bis occurrit in unâ voce, & conſequenter non geminatur. Non eſt *F.* tùm quia character φ. eſt ſecundus in voculâ 161. Num. & Num. 175. quod militat contra ſextam Regulam litteræ *F.* tùm quia *F.* initialis non repetit ſeipſam, quod character φ. facit in voculâ Num. 202. ubi in voce quinquelittera eſt initialis & penultima. Ut nulla exceptionum Regulâ tertiâ litteræ *F.* ſubnexarum ob exceſſum litterarum obſtare valeant. Neque tandem eſt *G.* quippe quæ littera non eſt ſecundùm ſeptimam *G.* Regulam, *initialis ac penultima*, quo ordine vocabulo Num. 202. characterem φ. videre eſt in φ24φ2. qui ſitus excludit exceptiones quinque litterarum, *gange*, *gorge*; ſiquidem omnes diſtinctas habeant litteras, contrà ac fit in voculâ Num. 202. cujus prima & quarta, item ſecunda & quinta ſunt pares. Ergò character φ. non eſt *F.G.H.I.Q.X.Y.Z.*

Decimus ſextus character 7. eſt initialis ac finalis in voce Num. 61. Ergò non eſt *B.* juxta ſextam hujus litteræ Regulam. Non *C.* ſecundùm quartam Regulam *C.* cujus exceptiones eò non impediunt, quòd nulla conſtet octo litteris præter *codignac*, rejiciendum verò ob diverſum litterarum ordinem, quod validius firmatur ex vocab. Num. 66. ubi char. 7. initialis antepenult. & ultimus ſimul eſt. Non *D* juxta 4. Reg. Eſt enim character 7. initialis, antepenultimus & finalis. Non eſt *F.* tùm ſecundùm Regulam tertiam litteræ *F.* quâ expreſsè dicitur:

tur: *F. initialis non repetit ſeipſum*, id eſt, ſi littera *F.* eſt in vocabulo initialis, non amplius recurrit. Subſumo: Character 7. eſt initialis & ſeipſum repetit, vocabulo Num. 61. vocabulo Num. 65. 72♀2x♂37. 72♀5727. Ergò tùm juxta Regulam ſextam, quàm juxta *F.* non eſt ſecunda ab initio, ut in vocab. Num. 133 character 7. ponitur. Non eſt *G.* quia juxta Reg. nonam τ *G. non eſt initialis & finalis*, ut hîc character 7. voc. Num. 61, cernitur. Non eſt *H.L. M.P.* quia hæ litteræ non ſunt initiales, antepenultimæ & ultimæ, vid. Reg. ſextam litteræ *H.* quæ virtualiter & illativè hanc Regulam continet: *Non eſt initialis antepenultima & ultima.* Si enim *H.* non eſt finalis, nec erit initialis antepenultima & finalis, vid. Reg. quartam τ *L.* virtualiter complectentem theſin ſuprà citatam, vid. Reg decimam τ *M.* Reg ultimam τ *P.* Non eſt *Q.* quia vi Regulæ tertiæ bis non occurrit, non *y x z.* ob eandem rationem. Neque obſtare exceptiones quicquam Lector attentus judicabit. Ex Vocalibus non eſt *O.* quia hæc littera non eſt apud Gallos finalis. Ergò ſuperſunt *a.e.i u.n r.s.t.*

Decimus ſeptimus character eſt ♀. is geminatur. Ergò non eſt *H. I. Q. X. Y Z.* vid. Regulas ſuis quaſque locis.

Decimus octavus character eſt ♄. finalis. Ergò non eſt *H O. Q.* vide Regulas, quæ docebunt non obſtaculo eſſe exceptiones ſubjectas partim ob exceſſum, partim defectum, partim ordinem litterarum.

Decimus nonus character eſt ♃. quem, quia ſequitur diverſus, nempè vocabulô duodecimô character 3. vocabulo nonageſimo tertio, character 6. non eſt

Q.

Q. vid. Reg. *Q.* ſeptimam, quia character ♃. ſecundus eſt vocabuli Num. 93. Non eſt *F.* & quia character ♃ eſt initialis in voculis quatuor litterarum non eſt *x.* vid. ſecundam Regulam litteræ *x.* Ergò non eſt *Q. F. X.*

Vigeſimus character □. eſt in voculâ quatuor litterarum Num. decimâ initialis. Igitur non eſt *x.* & quia ſequitur diverſa, vocab. Num. 178 non eſt *Q.* Itaque □ non eſt *X. Q.*

Vigeſimus primus character ξ. eſt ſecunda vocabuli Num. 24. Ergò non eſt *F.* vid. Reg. ſextam *F.* Neque *q.* quia characterem hunc ſequuntur diverſæ, vid. Reg. *Q.* Ergò non *F. Q.*

Vigeſimus ſecundus character ♂ eſt finalis vocab. 153. item 94. Ergò non eſt *q.* Non *O.* ob eandem rationem. Sunt quidem Gallis vocabula deſinentia in *O.* ſed nullum tribus litteris conſtans, ut 65♂. id quod ex Reg. *O* manifeſtum eſt. Ita ſunt voculæ deſinentes in *Q.* e gr. *coq. cinq.* quadrilitteræ non tamen repræſentabiles per 65♂. quia character 6. in ϖ6. nequit notare litteram *C.* & character 2. in ♂25♂. non ſupponitur pro *s.* utpotè geminata in fine. Hoc ratiocinio abſoluto exſcribo ſingulos characteres unà cum ſignificatu litterarum, ſive determinato, ſive disjunctivè indeterminato.

Character ϖ. eſt disjunctivè, *l. n. s. t. a.*

Char. χ. eſt disj. *n. s. t. a.*

Char. 2. eſt determinatè *E.*

Char. 6. eſt *n. s. t. a. i. o.*

Char. 5. eſt *n. s. a. e. u.*

Char. μ. eſt *n. s. t. u.*

Char.

Char 4. eſt determ. *S.* conſona.
Char. 3. eſt determ. vocalis *i.*
Char. o. eſt *d.n.s.t a.i.*
Char. ♂. eſt *a.i.o.e d.l.m.n.s t.*
Char. 9. non eſt *b.f.g.h.p.q.x.y.z.*
Char. λ. eſt *q.* ſi τὸ *q.* ſcripto ineſt,
Char. 8. disj. eſt *c.d.l.m.n. s.t a i.o.y.*
Char. ♀. non eſt *f.q.x.y.z.*
Char. φ. non eſt *f.g.h.i.q.x.y.z.*
Char 7. eſt disj. *a e i.u. n.r.s.t.*
Char. ☿. non eſt *H.I. Q X.Y.Z.*
Char. ♄. non eſt *h o q.*
Char. ♃. non eſt *f.q x.*
Char. □. non eſt *q. x.*
Char. ξ. non eſt *f q.*
Char. ☍. non eſt *o. q.*

Hoc ratiocinio abſoluto accingor ad inveſtigationem ſcripti, quod citra difficultatem expedire jam queo. Ac primò quidem eas voculas exſcribo, in quibus characteres inventi, aliique, qui disjunctivè tres tantùm, vel quatuor repræſentare poſſunt, nimirùm μ. ♂. ϖ. χ. 6. o. 7. occurrentes in ſeqq. voculis χ ϖ. 8 6. ♂. o ſolitariè poſiti, 32. χ2. o2. ϖ6. 65. 43. 2μ. 5χ 42. 46. 2χ. ϖ2. λ5. 9χ 3ϖ. ♂2. 95. duarum litterarum voculis. Trium litterarum: 24μ. ♀64. λ52. ϖ24. λ53. 5χ2. 65☍. 798. 49χ. ϖ58. Evicto quod characteres ϖ. ſit determinatè *E.* 4. determinatè *S.* character 3. determinatè τὸ *i.* aſſumo voculas 43. 42. 32. deprehendoque primum ſonare *ſi*, ſecundum *ſe*, ultimum *je*, conferoque voculas ϖ24. ϖ6. 3ϖ. prima deſinit in -*es.* primâ nondum cognitâ, tertia habet priorem *i.* quæritur quæ lit-

tera

tera ſit character ϖ. in ϖ24. & 3ϖ. affirmo, juxta ratiocinium de charactere ϖ. formatum ſuprà, characterem ϖ. eſſe disjunctivè *l. n. s. t. a.* & neceſſariò τὸ ϖ. unam ex his ſignificare; nullam verò inſpectâ voculâ ϖ24. niſi *l.* ut exurgat *les*, Pluralis Pronominis, *le*, *tes*, Pluralis à *ton*, hæ enim ſolæ voculæ habere locum poſſunt juxta judicium de charactere ϖ. factum. Cœterùm inſtitutâ collatione characteris, quæ ſemper obſervanda, video τὸ ϖ. non valere poſſe *T.* ob voculam 3ϖ. quæ deſineret in *st.* voculam Gallis eliminatam. Igitur ſupereſt τὸ ϖ24. *les.* 3ϖ. *il.* ϖ2. *le.* eſtque character ϖ. *L.*

Hunc characterem indagatam ad latus pono ſiniſtrum characteris in ratiocinio collocati hoc modo:

Litt. ϖ. eſt disjunctivè *l. n. s. t. a. o.* Deleoque τὸ *S.* in omnibus characteribus, vel puncto ſubſcripto noto, e. gr. in charactere χ. cujus ratiocinium eſt hoc:

χ. eſt disjunctivè, *n. s. t. a.*

6. eſt disj. *n. s. t. a. i. o.*

5. eſt *n. s. a. e. u.*

& hoc per ſingulos characteres facio. Hæc deletio vel puncti ſubſcriptio proderit id, ut ſtatim interponere poſſis litteram incognitam, & nunquam amplius per inadvertentiam litteram inveſtigatam repetas, imò ejusmodi deletio characterem determinatum, qui anteà disjunctivè ſignificabatur, generabit. Invento τῷ *L* aggredior voculam ϖ6. cujus prior eſt *i.* ultimaque neceſſariò vocalis *a. i. o.* ſecundùm

cundùm ratiocinium ſuprà confectum. Ex iis autem non *ı. o.* quia prodirent voculæ nequaquam Gallicæ, *lı*, *lo*, & quia ſuppoſito τὸ *li*, eſſe Gallicum; τὸ 6. tamen nequiret ſignificare vocalem *ı.* quippe quæ jam inventa eſt in 3τ. *ıl*, vide ratiocinium characteris 3. unde reſtat *a*, ut exoriatur vocula, *la.* Hoc *A.* inventum præfigo ad ſiniſtrum latus characteris 6. deleóque vel punctò infrà noto, omnes reliquas litteras, hâc facie. *A* character 6. eſt disj. *n. s. t. a. ı. o.* pariter hoc *A* deleo in omnibus characteribus, e. gr. character χ. eſt disj. *n. s. r.* a. character 5. eſt *n. s* a. *e. o. n.* & ſic percurro omnes characteres, quod notaſſe bis ſufficiat.

A detecto 6 char. qui aperit 4 6 *ſa.* tranſeo ad vocul. trilitteram 24μ. cujus initiales hanc habent faciem, *eſμ.* ultimamque facile oſtendunt. Namque intuendo ratiocinium ignoti characteris μ. obſervo char. μ. eſſe disjunctivè *n. s. t. n.* & conſequenter voculam, 24μ. ſonare *eſn eſſ. eſu. eſt.* quarum tres priores Gallis inuſitatæ ſunt voculæ; ſecunda etiam, ſuppoſito quòd eſſet Gallica vocula, ſuppoſito inquam, excluderetur ideò, quia 24μ. tribus diſtinctis gaudet litteris, contrà autem *eſſ.* penultimam & ultimam poſſidet easdem. Ita *T.* inventum trahit dependentem voculam 2μ. *et.* Deinde præfixò τὸ *T.* characteri ſuo, & ubique deleto in reliquis characteribus, confero me ad voculas χ2, 2χ. inverſo ordine easdem omninò exhibentes litteras; dicoque τὸ 2. eſſe *E.* determinatè. τὸ χ. vi ratiocinii disjunctivè, *n. ſ. r. a.* ex quibus *s. t a.* expunguntur, imò jam expunctæ ſunt, utpote jam inventæ, ut

remaneat ſolum *N.* pariatque voculam *ne*, & reciprocum *en*, quam ad latus characteris χ. colloco; obliterato etiam τῷ *a.* quod ex eâ causâ nequit denotari per characterem χ. cùm nulla dictio Gallica ſit *ae*, *ea*. Dehinc voculas, 9χ. 95. ˟χ λ5. λ, 2. λ53. 5χ2. 49χ. dependentes à ſe invicem, examino, recurrensque ad ratiocinium characteris 9. video, characterem 9. non eſſe, *b. f. g. h p. q. x. y. z.* quibus addo, ob inventum characterem χ. qui eſt *N*, nullam planè conſonantem, nemo enim audivit dici Gallis, *cn. mn. rn.* &c. Ex Vocalibus exulant, *a. e. i.* quippe jam in lucem editæ, relicto ſolo *O*, & *V.* ut vocula 9χ. notet disjunctivè *on*, *un.* ſed & hîc demonſtrabo characteres duos 9χ. non repræſentare dictiunculam *un.* ſequentibus rationibus. Primò ex collatione voculæ 49χ. ſi τὸ 9. eſt *u* in 9χ. ſequitur voculam 49χ. ſonare *ſun.* quæ abſurditate ſuâ excluditur, quippe Galli non habent voculam *ſun.* neceſſariò reſultantem, ſi char. 4. eſt *S.* ut certum, & 9. ſupponitur pro *u.* & χ. eſt *N.* Secundò, clarè ex Vocabulo Num. 63. nempè 493μ. oſtendo, 4. eſt *S.* char. 3. eſt *i.* char. μ. eſt *T.* & conſequenter, ſi character 9. eſt *u.* emerget *ſuit.* Gallis quidem vox uſitata deſcendens à ſuivre ſequi. Sed tamen locum hic non habens, quia 9. repræſentat vocalem *o*, ut oriatur *ſoit*, ab *eſtre.* non *u* quod clariſſimè probo ex Regulâ primâ litteræ *V.* Gallici ita conceptâ: *V. non eſt in voculis duarum litterarum initialis* Exc. *va. un. uz.* in quibus τὸ *u.* eſt initialis, ſicut char. 9. in 95. 9χ hîc quæritur an per voculas: 9χ 9 . repræſentetur unâ ex voculis exceptis, & reſpondeo, nullam, non primam; va ſcilicet, quia litteram *A.* per characterem 6. diſtinctum à charactere χ. 5. re-

præ-

præſentatam jam reperi; non ſecundam, ſc. *un*; quia τὸ *χ*. eſt *N*. non verò *ſ*. minimè omnium tertiam, nempe *uz*. obſoletam, quia neque char *χ*, neque *ſ*. valere poteſt *z*. Ergò relinquitur vocalis *o*. ſolvunturque 9*χ*. *on*. 49*χ*. *ſon*. annotoque inventum characterem 9. *o*. adque latus pono ratiocinii. Jam ſupereſt ex Vocalibus adhuc inveſtiganda *u* & *y*. inter quas priorem facilè invenio in voculâ 5*χ*. Ultima eſt *N*. antecedente extrà controverſiam vocali *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, *y*, ſed omnibus inventis præter *u*, *y*. quarum poſterior nequit locum habere ob abſurdam voculam emergentem *yn*. nec non, quia τὸ 5. character præciſâ collatione, (vide ratiocinium,) nequit ſupponi pro *y*. vid. & Regul. litteræ *y*. Gallici. Manet igitur *u*. denotatum per characterem 5. ex quo fluunt voculæ, *un*, *au*, *eu*, *une*, &c. Jam, cùm vocales invenerim omnes præter *y*. nullo negotio conſonas detego. Aſſumtâ namque voculâ λ5. & connexis λ52. λ53. quarum ſola initialis adhuc latet, ajo eam eſſe *q* quia nulla præfigi poteſt τῷ λ5. λ52. &c. ut appareat vox Gallica, præter Q. *qu'*, *que*, *qui*. Hanc litteram annoto ad latus characteris, deleoque Q. in Alphabeto, ad manus habendo, ut, quæ incognita eſt, interponere, præponere vel poſtponere poſſim. Pergo & aſſumo voculas o. o2. vocabula o25*χ*4. cujus omnes notæ præter primam. λ56*χ*o. cujus ultima, 3*χ*λ532μ5o2. cujus penultima me latet, affirmoque de eo inſpecto ratiocinio characteris o. eſſe *d*. *n*. *s*. *t*. *a*. *i*. præciſâ collatione aliarum vocularum præciſâ etiam inventione aliarum litterarum. Inventione autem litterarum attentâ, ajo non eſſe *n*. *s*. *t* *a*. *i*. utpotè jam ſuperiùs detectas, imò dico conferendo vocabula ſuprà poſita, poſito,

quòd nondum inveniſſem has litteras, nullam poſſe ſtare præterquam *d.* quòd abſurda orirentur vocabula, contrà autem Gallica, ſi *D.* aſſumatur, nempè *d'*, *de*, *quand*, *inquietude*, *devons*, &c. Jam omnes vocularum parvarum characteres detexi, præter ♂. ♀. ☍. 7. 8. adhuc in voculis duarum triumq; litterarum à me exſcriptis ſeorſimque annotatis. Quæritur quam litteram denotet ♂. in ♂ 2. cujus ultima eſt *e.* Ex ratiocinio ♂. video, ♂ eſſe *a. i. o. c. d l. m. n. ſ. t.* cùm verò *a. i. o. d. l. n. s. t.* jam detexerim ſuperſunt *c.* & *m.* quarum poſterior, nempe *M.* eliminatur ob voculam ♂ 2μμ2. deſituram in *mette*, Gallis ignotum verbum, aliaque vocabula, nempe Num. 140. Num. 170. Num. 183. & unde efficitur ♂. valere *c'.* Inde accipio ♀. characterem in ♀ 64. & ♀ 93χμ. deprehendoque eſſe determinatè *p.* & generari *pas point*, &c. Namq; vocalium nulla præponi poteſt præter *y.* quæ verò abſurdam producit voculam. Excipis tres characteres ♀ 64. voculam ſignificare poſſe, *cas*, *las*, *mas.* Reſpondeo: Eſſe quidem hæc vocabula Gallica, verùm expungi, tùm quia τὸ *C. L M.* jam inveni; tùm quia, poſito nondum litteras inveſtigatas eſſe, tamen excluderentur per vocem ♀ 93χμ. collatam, terminaturam in *monit* vocem Gallis ignotam. Ergò character ♀. notat, ut ſuprà dictum eſt *P.* Inveſtigato charactere ♀. τῷ *p.* ſignificante conſidero voculam Num. 137. nempe ♀ 732. item voculam Num. 15. ♀ 957. &c. dicoque tenore ſcrutinii, quod ante oculos continuò habeo, characterem 7. eſſe disjunctivè *a. e. i. u n r. s t.* in quibus cùm ſeptem ſint jam inventæ, relinquitur ſolum *R.* poſito etiam (loquor iterum ex hypotheſi,)

non-

nondum inventas eſſe litteras *a. e. i. u. n. s t.* tamen excluderentur vi abſurdi vocabuli emerſuri, cùm non dicatur Gallis, *poua, poue pous, poun, pous, pout,* ſed *pour,* quod genuinum eſt verbum.

Char. 7. eſt ℞

Ulterius promoveo aſſumendo voculam 798. ₸58. in quibus neſcio, quid valeat τὸ 8. peractoque examine colligo aliam non eſſe poſſe præter *y.* ut prius ſonet, *Roy.* Poſteriùs, *luy.* indeque dependens, *celuy*, quam aſſertionem confirmo ex ratiocinio characteris 8. ita concepto: Character 8 disjunctivè eſt, *c. d. l. m. n. s. t a. i. o y.* ex his verò, cùm *c. d. l. n. s. t. a. i. o.* jam ſint cognitæ, per ſufficientem enumerationem partium manent *m.* & *y.* disjunctivè ſignificabiles per characterem 8. cujus priorem verò, nempè *m.* character 8. notare 798. nequit eò, quod vocula 798. terminanda eſſet in *aom* ignotam Gallico idiomati dictionem; ut taceam rationes alias, nempe *celuy*, terminari debere: *celum*, inauditum prorſus verbum. Ergò tandem τὸ 8. repræſentabit *y.* Supereſt ☍. character Aſtrologicus Oppoſitionis ſignum, qui negativè non eſt (videſis Scrutinium,) *o q.* abſolutè citrà collationem loquendo, habito autem reſpectu ad antecedentia. Non *c d. l. n q. x. s. t.* Non Vocales *a. e. i. o. u. y.* utpotè jam inventæ litteræ, non *b f. g. h m. p. z.* ex collatione voculæ, 65☍. vocul. Num. 97. item vocul. Num. 153. ♂25☍ prior vocula incipit ab *au*, poſterior à *ceu*-. ultimis latentibus, qui nullam aliam ſignificare valent, præter *x.* ut emergant dictiones Gallicæ, nimirùm *aux, ceux* Itaque jam detexi ſequentes characteres occurrentes in voculis duarum & trium litterarum, nempe:

i. ſ. e. l. n. c. d. o. u. a. y. þ. r. q. t. x.
3. 4. 2. ϖ. χ. ♂. o. 9. 5. 6. 8. ♀. 7. λ. μ. ☍.

Unde ſuperſunt character φ. ☿. ♄. ♃. □. ξ. ſex adhuc. De quorum primo pronuntio, juxta ratiocinium ſuprà conceptum φ. non eſſe *f. g. h. i. q. x. y. z.* Ergò disjunctivè (ita infero,) eſſe *a. e. o. u. b. c. d. l. m. n. p. r. ſ. t.* Ex his inventæ cum ſint omnes præter *b.* & *m.* relinquitur, quod φ. ſit disjunctivè *b.* vel *m.* Jam applico has litteras vocabulo nono, ♂9φφ1. prima eſt *c.* ſecunda eſt *o.* ultima *e.* ſi φ. eſt *b.* vox deſinet *cobbe*, abſurdiſſimè. ſi verò *M.* emerget *comme*, uſitatiſſimum Gallis adverbium, quod confirmabitur magis ex reliquorum ſcripto contentorum vocabulorum conferentiâ, ut non ſit neceſſe, nos eſſe prolixiores. Transgredior ab hoc ad characterem ♃. unà cùm φ. in primâ ſtatim epiſtolæ dictione poſitum, ajoque non aliam valere litteram niſi *b.* ut emergat *veritablement*, & *bien* voculâ duodecimâ, &c. Porrò τὸ □. in vocab. Num. 27. item Num. 178. neceſſariò 178. erit *g.* tùm quia aliæ jam ſunt demonſtratæ; tùm quia nulla interponi, præponique poſſet, quæ ederet Gallicam vocem præter *G.* in *regardent*, & *gloire.* Character ☿. ſecundùm normam ſcrutinii: nòn eſt h. i. q. x. y. z. quia hæ non geminantur, non b. c. d. g. l. m. n. o. þ. q. r. s. t. x. y. quia etiam hæ jam ſunt apertæ. Adde, quod nulla dictio Gallica reſultaret, poſito, litteras iſtas nondum detectas eſſe; Igitur reſtat τὸ *F.* in *effet.* voculâ Num. 29. *fait.* voculâ Num. 52. &c. Inde ad characterem ξ. tranſeo in ♂ξ942 vocul. Num. 39. ſignificantem *choſe*, ob rationes ſæpè numero allegatas, eſtque

ʓ. *H.* paſſim in ſcripto obvium. Ultimus nempe character Ƀ. eſt z. quia omnes litteræ jam ſunt inventæ præter ſolum z. repræſentatum per Ƀ. diſtinctum ab omnibus aliis characterem, & conſequenter diſtinctæ litteræ ſignificativum. Igitur cùm omnes aperuerim characteres, ſcriptum Gallicum propoſitum ita detegitur, eſtque ſequens ex ſupplemento Freinshemii, lib. II. p. 92. In Gallicam converſo per Monſ. de Vaugelas.

Evoluta Scriptura Gallica.

VEritablement, ce n'eſt pas ſans raiſon, que comme gens de bien & paſſionnez pour la Patrie, vous eſtes en inquietude pour les choſes qui la regardent. En effet on ne peut nier que nous n'entreprenions une choſe difficile; & ſi aprés l'avoir commencée temerairement, le ſuccés l'a fait auſſi condamner, il n'y a point de repentir qui ſoit capable de reparer cette faute. Ainſi avant que de faire voile, nous devons conſulter ſi nous nous embarquerons, ou ſi nous demeurerons au port; mais quand nous nous ſommes abandonnez aux vents & aux flots, alors noſtre courſe dépend de leur inconſtance & de leur caprice. C'eſt pourquoy je ne trouve point mauvais que voſtre opinion ſoit differente de la mienne, au contraire je fais eſtat de voſtre franchiſe, & je vous prie de la conſerver, & de reſpondre librement

à toutes les choſes que je vous diray. Ceux qui veulent meriter d'eſtre apellez les amis d'un Roy, ſe propoſent moins, en le conſeillant, ſa faveur & ſon amitié, que ſa gloire & ſon intereſt. Et quiconque eſt d'avis qu'on faſſe les choſes d'une autre façon qu'il ne les feroit luy-meſme, il n'inſtruit pas celuy qui luy demande conſeil, mais il le trompe.

CAPUT XI.

Regulas Italicæ Linguæ cum exemplo continet.

CLaudit agmen *Italica* pari ferè methodo ac *Gallica* tractata. Qui alterutram rectè noverit, ambas noverit, imò nec has tantùm, ſed & *Hiſpanicam*, quamvis multis modis ab *Italicâ* deflectat. Volueramus quidem & illam regulis comprehendere, imò comprehendimus, ſed voluminis magnitudo emerſura prohibuit. Attendat, moneo, benevolus Lector, ſaltem unicam linguam, & cùm admiratione proficiet; in lingua vernacula. Quod dictum volo *Gallis, Hiſpanis, Italis, Suecis, Hungaris, Anglis, Belgis, Polonis*, & in univerſum omnibus Gentibus, quarum ſingulæ ſibi regulas amuſſitatas formare poſſunt. Cœterùm hoc velim ſcias *Lector* benevole, me prolixitatem vitâſſe, & de induſtria unicum tantum exemplum Italicum ſumſiſſe, cùm facilis ſit per Regulas applicatio, & ſedulus inveſtigator

gator quodcunque exemplum oblatum diſcernere, diſtinguere, diſtinctum ſecundùm regulas explicare nullo ferè negotio queat. Sunt verò proprietates Linguæ Italicæ *Litterarum* ſequentes.

A.

1. A non geminatur. 2. Non eſt initialis in voculа bilittera. Exc. *ad, ai, ah, al, an.* 3. Non eſt finalis in voculis duarum litterarum. Exc. *da, fà, hà, la, ma, ſà, và.*

Affirmativæ proprietates ſunt: 1. A, ſolitariè ponitur. 2. Sæpiùs eſt initialis ſecundâ & tertiâ eâdem. 3. Ter occurrit. 4. Finalis eſt.

B.

1. NOn eſt in voculis duarum litterarum. 2. Non eſt initialis ſecundâ & tertiâ ſimili. 3. Non in voculis trium litterarum. Exc. *bei, bel, ben, bea, beo, bue.* 4. Non eſt ſecunda & tertia, ſi prima & quarta ſunt eædem, niſi illæ ſint a, ut in *abbadia.* 5. Non eſt initialis & geminata, niſi in verbis à *b.* inchoantibus, in quibus eſſe poteſt initialis & geminata, ita ut geminata ſit penultima & antepenultima, vel quarta & quinta à fine, e. gr. *babbo, brobbo.* Exc. *babbuaggine, babbuſſaggine, babbuino, babbuoſſo, bibbia, bubbanna, bubbola.* 6. Non geminatur ſequente ſeipsâ ſimplici, niſi ſit ſecunda ab initio, e.gr. in *obbrobrio.* 7. Non bigeminatur in unâ voce, niſi ſit vel penultima & ultima, vel quarta & quinta à fine, e. gr. in *abbrevierebbe, abbrevierebbono.* 8 Non eſt in reciprocis. 9. Non eſt ſecunda & tertia in quadrilittero. 10. Non eſt finalis.

Affirm. Sæpè geminatur circa principium. 2. Ter occurrit. 3. Geminatur inter ſimiles.

C.

1 NOn eſt in voculis duarum litterarum. Exc. *ce, ch', ci, co'.* 2. In voculis trium litterarum non eſt initialis Exc. *che, chi, ciò, coi, col, con, cui.* 3. Non eſt initialis ſecundâ & tertiâ eâdem. Exc. *cooperare, cooperante, cooperatore, cooperatione,* cum caſibus tàm nominum quàm verborum. 4 Non eſt prima & tertia in voculâ quadrilitterâ. Exc. *cece, coca.* 5. Non eſt media in trilittero. Exc. *aco,* pro *ago.* 6. Non eſt ſecunda & tertia in quadrilittero. Exc. *ecco.* 7 Non eſt ſecunda & tertia, niſi ſi quarta & prima à principio ſint ſimiles, niſi ſint vel *a, e, o,* e. gr. in *accadere, eccedere, occorſo.* 8. Non bigeminatur in eâdem voce. Exc. *raccapricciare, accoccare, raccoccare, ſcioccaccio. ſeccherecció, ſeccareccio, ſeccenericcio, ſtracciaſacco, uccellaccio, acciaccare, boccaccio, ſboccacciarſi.* 9 Quater non occurrit. Exc. *accecatrice, acconciatrice, cacacciano, cacciatrice, incrocicchiare, incrocicchiato.* 10. Quinquies non occurrit. Exc. *ſcioccaccio.* 11. Non occurrit in reciprocis. 12. Non eſt finalis.

Affirm. C. ſolitariè ponitur pro *ci.* 2 Geminatur ſæpè. 3 Eſt initialis & geminata. 4. Ter occurrit ſimpliciter poſita in *incirconciſo.* 5. ch. bis occurrit in unâ voce, nempe *ſchicherare.*

D.

1 NOn eſt in voculis biliteris. Exc. *ad, da, de, di, dò, ed, od.* 2. Non eſt initialis ſecundâ & tertiâ

tiâ eâdem. Exc. *dee, deeſſa.* 3. Non eſt ſecunda in trilittero. Exc. *oda, ode, odi, odo.* 4. Non eſt initialis ac geminata, niſi ſit tertia & quarta dictionis littera, e. gr. in *daddovero*; *daddoſſo.* Exc. *domeneddio.* 4. Non eſt initialis & tertia in voculâ quadrilittera. Exc. *dadi, dado.* 5. Non ter occurrit niſi geminetur. 6. Non bis geminatur. 7. Non eſt ſecunda & tertia niſi prima & quarta ſit a. Exc. *iddio.* 8. Non eſt ſecunda & tertia in voculâ quadrilitterâ. Exc. *adda, addi, addo,* ab *addare.* 9. Non eſt in reciprocis. Exc. *adda, odo.* 10. Non eſt antepenultima & ultima. 11. Non eſt finalis niſi apoſtrophata, e. gr. in *andand', ond'.*

Affirm. 1. Solitariè ponitur d'. 2. Geminatur. 3. Geminata antecedens habet ſequentem ſimplicem, v. gr. in *addimanda.* 4. Geminatur inter ſimiles, *a, e, i.* e. gr. in *addare, fredde, iddio.*

E.

1. NOn eſt initialis in voculis duarum litterarum Exc. *ed, eh, ei.* 2. Neque eſt finalis. Exc. *ee, de, le, me, ne ſe, te, ve.* 3. Non geminatur. Exc. *dee, deeſſa. preeminenza,* alii *preminenza, anneentare.*

Affirm. 1. E. ſolitariè ponitur. 2. Quinquies imò ſexies in una dictione occurrit. 3. Sæpè voces terminat.

F.

1. NOn eſt in voculis duarum litterarum. Exc. *fà, fè, fò fù.* 2. Non initialis ſecunda & tertia iiſdem. 3 Non initialis ac geminata ſimul. 4. Non eſt ſecunda ab initio, niſi ſit vel geminata, ut in *affabile,*

bile, vel initialis ſit S. Exc. *afa, efimera.* 5. Initialis ſeipſam non repetit, niſi repetita ſit quarta vel ſexta dictionis littera, e. gr. in *forfice, falſificatore.* Exc. *Filoſofo, Filoſofi, Filoſofale, Filoſofare, Filoſofante, Filoſofeggiare, Filoſofia, Filoſoficamente, filoſoficare, filoſofico, fruttificante, fruttificare, fruttificatrone, fruttifero, frondifero, fumifero.* 6. Non eſt ſecunda & tertia, niſi prima & quarta eâdem, ſint vel *a*, vel *o*, e. gr. *affannare, effetto.* 7. Non eſt initialis ac penultima. Exc. *filoſofo, filoſofi, filoſofa.* 8. Non eſt initialis in voculis trilitteris. Exc. *fai, far, fin, fio, fui, frà.* 9. Non eſt ſecunda & penultima. 10. Non eſt in reciprocis. Exc. *afa. affa.* 11. Non occurrit ter niſi geminetur. 12. Non eſt ſecunda & tertia in quadrilittera. Exc. *affo, affi, affa.* 13. Non eſt finalis.

Affirm. 1. eſt penultima. 2. Geminatur. 3. Geminatur inter ſimiles. 4. Congeminatur ſæpiſſimè cum reliquis conſonantibus.

G.

1. NOn eſt in voculis duarum litterarum. Exc. *gl*. 2. Non eſt initialis ſecundâ & tertiâ iisdem. Exc. *gii*, à *gire*, ire. 3. Non eſt initialis & geminata. Exc. *gaggia, gaggio, galleggiare, gareggiare, gareggiatore, gareggioſo, gialleggiare, giuggiolo, giuggiola, giuggolino, gratuggia, gregge, greggia, greggivola, guiddaggio, guiggia, guerreggiare, guerreggiatore, groſſeggiare.* 4. Non eſt initialis in trilitterâ voculâ. Exc. *gia gio, eo gii. giù, gli, grù.* 5. Non eſt media in voculis trium litterarum. Exc. *ago.* 6. Non eſt initialis ac penultima. Exc. *giga, galanga, galigo, galigi, galiga, gaſtigo, gaſtigi, gaſtiga, gergo, giogo. gorga, gorgo,*

gorgo, *guardingo*. 7. Non eſt ſecunda & tertia in quadrilittero. Exc. *gogi*. 8. Non eſt ſecunda & tertia primâ & quartâ iiſdem. Exc. *aggavignare*. 9. Non occurrit ter, niſi geminetur. Exc. *gorgogliare*, *gorgoglione*. 10. Non bigeminatur. Exc. *maggioreggiare*. 11. Non eſt in reciprocis. 12. Non ſequitur geminatam. 13. Non eſt finalis.

Affirm. 1. Geminatur ſæpè. 2. Geminatur inter ſimiles. e. gr. *legge*.

H.

1 NOn eſt in voculis duarum litterarum. Exc. *ah*, *eh*, *oh*, *uh* *ha*, *hò*, *ch'*. 2 Non eſt initialis ſecundâ & tertiâ iiſdem. Exc *huva huve*, *huizzola*, *huvola*. 3. Non eſt initialis in voculis trium litterarum. Exc. *han'*, *hai*, *hoi*, *hor'*, *hui*. 4. Non eſt ſecunda & penultima. 5. Non geminatur. 7. Non eſt in reciprocis. Exc. *ihi*, *oho*. 8. Non eſt finalis. Exc. *ah*, *eh*, *oh*, *uh*, *deh*, *doh*, *veh*, *vuh*, *ouh*, *puh*, *chih*, *dich'*, *anch'*, *perch'*, *qualch'*, *cricch'*, *bench*. &c.

Affirm. 1. Bis occurrit in una voce. 2. Sequitur antecedentem geminatam *cc*. in *ſchiccherare*. *gg* in *allegghiare*. 3. H. pauciſſima habet vocabula.

I.

1. NOn eſt in voculis duarum litterarum. Exc. *io*, *il*, *in*, *ai*, *ci*, *di*, *ei*, *li*, *mi*, *ſi*, *ti*, *vi*. 2. τὴν initialem *I*. non ſequitur geminata, *b. c. d* Exc. *iddio*, *f. g p. s.* Exc. *iſſofatto*. *t.* Exc *itteritia*, *u. z.* ex *izza* 3 Non geminatur inter ſimiles. 4. Sola geminatur in fine,

ne. Exc. *dee, coetanee, momentanee*, & conſonantes apoſtrophatas *R S T*. in *hann', porr', poſs', ſott.*

Affirm. 1. Solitariè collocatur ſyllabamque conſtituit. 2. Geminatam *l*. ſequitur geminata *SS*, unde ſi duæ geminatæ immediatè ſe conſequuntur, erunt illæ *l*. & *s*. Exc. *anneentare*. 3 Quater occurrit in *inimici*. 4. Finalis eſt geminatâ, præcedente ſeipſâ ſimplici, e.gr. in *eſſercitii, initii.*

L.

1. NOn eſt in voculis duarum litterarum. Exc. *al, il, la, le, li, lo, gl'*. 2. Non eſt initialis ſecundâ & tertiâ pari. 3. Non eſt in trilittero initialis. Exc. *lai, lei, lui*. 4 Non initialis ac geminata. Exc. *Ladroncellario, ladroncello. lancella, lardello, leoncello, letticollo, libello, livello, livellario, limbelluccio, lolla, loquella, lulla, Lucullo*. 5. Non eſt media in trilittero. Exc. *ala, ale, ali, alo, gli*. 6 Non eſt ſecunda & tertia in quadrilittero. Exc *alla, alli, allo, ella, elle, elli, ello*. 7. Non eſt ſecunda & tertia, niſi prima & quarta ſint *a*. Exc. *elleboro, ellera, illicitamente, illirica*, 8. Non bigeminatur. Exc. *bollicella, collicello, gallinella, pellicella, pellicello, polloncello, vallicella, villanella*. 9. Non eſt finalis in voculâ trium litterarum. Exc. *all', bel, cel, col, dal, del, ſul, mol, egl, nel, pel, ſal, vil, val', nol*. 10. Non eſt geminata finalis, niſi in quadrilitteris, *coll', degl', dall', nell', mill'*. imo in quadrilittero non eſt finalis. Exc. *qual, quel, ciel, vuol*. 11. Non eſt antepenultima & ultima.

Affirm. L' ſolitariè collocabilis eſt. 2. Antecedit ſolitariè collocata conſonantem. 3. Sæpè geminatur. 4. Geminata antecedit ſimplicem, vid. infrà.

M.

1. NOn eſt io voculis duarum litterarum. Exc. *ma, me, mi, mo.* 2. Non eſt initialis ſecunda & tertia ſimili. 3. Non eſt initialis in voculis trium litterarum. Exc. *mal, mar, mei, mia, mie, mio, mor.* 4. Non eſt initialis & geminata, niſi ſit affixum mi in verbis. Exc. *mamma, mammana, maremma, materammana.* 5. Non eſt prima & tertia ab initio, niſi media ſit vel *E.* vel *O.* vel ſit geminata. 6 Non eſt media in trilittero. Exc. *amo, ami, ama, imo, ome.* 7. Non eſt ſecunda & tertia in quadrilittero. 8. Non initialis & ultima. 9. Non eſt ſecunda & tertia, ſi prima & quarta ſunt eædem, niſi ſit *A.* i. e. gr. *immenente.* 10. Non eſt ſecunda & geminata in eadem dictione, niſi ſit penultima & antepenultima. Exc. *imprommettere.* 11. Non eſt in reciprocis. Exc. *ama, imi.* 12. Non eſt finalis, niſi per apoſtrophum in *prim'.* &c. 13. Non eſt antepenultima & ultima.

Affirm. *M* ſolitariè ponitur. 2. Ter occurrit etiam non geminata. 3 Geminatur ſæpè 4. Sæpius eſt prima & penultima, maximè quando quarta & quinta à fine ſunt eædem, e. gr. in *maſſimo, maturiſſimo.*

N.

1. NOn eſt in voculis duarum litterarum. Exc. *an, in, un, ne, nò.* 2. Non eſt initialis ſecunda & tertia eàdem. Exc. *nuuola, nuuolo, nuuologlia, nuuolato, nuuoletta, nuuoletto, nuuoloſo.* 3. Non eſt initialis & tertia. Exc. *nano, nona, nanfa, nenufar, ninferno, nonche, nondimeno, nonhier, nuntiare, nuntiante,*

nante, nuntio. 4. Non eſt initialis & geminata ſimul. Exc. *nonna, nunna, ninnare, ninnellare, nonno.* 5. Non eſt media in trilittera vocula. Exc. *una, unè, uno, uni.* 6. Non eſt ſecunda & tertia in quadrilittero. Exc. *ànno, anni, inno, inni.* 7. Non bigeminatur. Exc. *anninnare.* 8. Non eſt initialis & finalis. Exc. *niun, niſſun, non.* 9. Geminatam non antecedit & ſequitur. Exc. *anneentare.* 10. Non ſequitur geminatam niſi ſit *E. V.* e. gr. in *dounnque, anneentare.* 11. Non eſt antepenultima & ultima.

Affirm. 1. N'. ſolitariè ponitur. 2. Admittit apoſtrophum à fine in *bann'.* 3. Raro finalis eſt. 4. Quater occurrit. 5. Geminat antecedentem ſeipſam ſimplicem, ut pleræque conſonantes. vid. Tabulas. 6. In trilitteris ſæpè eſt finalis.

O.

1. NOn eſt in voculis duarum litterarum. Exc. *or', od, co', dò, fò, io, hò, lo, mò, no, pò, ſò, tò, uò.* 2. Non geminatur.

Affirm. 1. ſolitariè ponitur, dictionemque conſtituit. 2. Sæpè dictionem claudit. 3. Eſt antépenultima & ultima. 4. Quater occurrit.

P.

1. NOn eſt in voculis duarum litterarum: Exc. *pò.* 2. Non eſt initialis ſecunda & tertia eadem. Exc. *pii, piiſſimi, piiſſimo.* 3. Non eſt initialis in trilitteris. Exc. *pan, pel, per, piè, pio, pin, pii, poi, poi, pro, puo, pur.* 4. Non eſt media in trilitteris. Exc. *ape, epa, api.* 5. Non eſt prima & tertia in quadrilittero. Exc. *Pape, Papi, Pepe.* 6. Non eſt initia-

initialis & geminata. Exc. *Pappa, Pappo, pappare, pappagallo, pappardelle, pioppo poppa, poppare, poppellina, preſupporre*, cum temporibus ſuis *preſuppoſitione, preſuppoſto.* 7. Non eſt ſecunda & tertia in quadrilittero. Exc *appò.* 8. Simplex antecedens non habet ſubſequentem geminatam. Exc *ſoprapprendere, ſoprappeſo, ſoprappeſa, ſoprappagato, ſoprappigliare, ſoprapporre, ſoprappoſta, ſoprapprendimento.* 9. Non eſt in reciprocis. 10. Non eſt finalis.

Affirm. 1. Sæpius geminatur. 2. Plerasque dictiones inchoat. 3. Mutatur in F. *Filoſofo*, pro Philoſophus. Item in T, *ottimo*, pro *optimo*.

Q.

1. NOn eſt in voculis duarum triumque litterarum. Exc. *quà, què, qui.* 2. Non initialis ſecundâ & tertiâ eâdem. 3. Non geminatur. Exc. *ſoqquadro, ſoqquadrare*, cum ſuis temporibus inflexis, *ſqueqqueratamente, ſqueqquerato.* 4 Initialis ſeipſam non repetit. Exc *qualunque quantunque, quinquageſimo, quinquennio.* 5. Non eſt in quadrilittero initialis. Exc. *qual, quel, quei.* 6. Non eſt ſecunda in quadrilittero. 7. Non eſt inter ſimiles. 8. τὴν Q. ſive initialem, ſive mediam immediatè ſequitur *u.* ſi ſit diverſa. 9. Non eſt in reciprocis. 10. Non eſt finalis.

